 Aristocles, Megarensis sophista scripsit de Rhetorica, & alia nonnulla. Suid.  
 Aristocles, Orchomeni tyrannus.  
 Aristodemus Nisæus, filius Menecratis Aristarch.  
 Aristodem<sup>o</sup> alius, qui magni Pôpeij filios erudiuit.  
 Aristodemus, actor est fabularum. Gel. lib. 11. c. 9.  
 Aristogenes Thasius, medicus scripsit libros in medicina ad Antigonom Macedon. regem. Suid.  
 Aristogenes, Gnidius medicus seruus Chrypsippi Philip.  
 Aristogiton, orator fuit Atheniensis impudens. Suid.  
 Aristogiton Harmodius liberator tyrannidis Pilsistrati.  
 Aristolaus, Pausiæ discipulus vnus è seuerissimis pictoribus. Plin.  
 Aristomache, vxor Dionysij tyranni.  
 Aristomaches nomen prop<sup>o</sup> vxoris Dionys.  
 Aristomachus, viri proprium qui amore opum vltra modum flagrauit. Plin. lib. 14. c. 19.  
 Aristomach<sup>o</sup> alius, qui de arte vini scripsit. Plin. Suid.  
 Aristomenes, viri Atheniensis comici proprium.  
 Aristomenes, nomen Messenij viri, quem iustissimū vocat Heron.  
 Ariston, sculptor, cuius meminit Plin. lib. 34. c. 8.  
 Ariston, iuriscôultus quidam doctissimus Gellio.  
 Aristonicus, Grammaticus Alexandrinus scripsit in Theogoniam Hesiodi.  
 Aristonicus, eunuchus Prolemaei dux belli fortiss.  
 Aristonidas, nomen statuarij, Plin. lib. 34. c. 14.  
 Aristonides, pictor, de quo Plin. lib. 15. c. 11.  
 Arystonimus, poeta comicus sub Philadelpho.  
 Aristopatra, mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militauit. Strab.  
 Aristophanes, poeta comicus Rhodius, lege Atheniensis, docuit fabulas. 54. Suid. eius extant. 11.  
 Aristophanes, alter Bizantinus Grammaticus, Apellis filius. Callimachi discipulus. Suid.  
 Aristophaneus. a. ū. adiect. vt Aristophane<sup>o</sup> versus, Aristophon, nom. pictoris est. Plin. lib. 35. c. 11.  
 Aristophontes, quasi optimatum occisor.  
 Aristor, Crotopi fuit filius, & pater Argi ceteroculi.  
 Aristoteles Stragirites philoso. Platonis auditor.  
 Aristoteles, philosophorum præcipuus Peripateticorum princeps.  
 Aristotelicus. a. um. & Aristotelius. a. um. adiectiuā.  
 Aristoxenus, Tarentinus philosophus, & medicus nobilissimus.  
 Aristoxenus, alter Cirenæus in hortorum cura valde delicatus fuit. Suid.  
 Arius, flu. est Arabiæ regionis Bactrianis coterminari.  
 Arius, Scythiæ populus est. Luc. lib. 3. (næ.  
 Aria locus est Magorum montibus clausus.  
 Armaetica, ciuitas est in Iberia Asiata.  
 Armalcher, alio nomine Euphrates fluuius est, Plin.  
 Armauiara, ciuitas Armeniæ maioris. Ptol.  
 Armena, ciuitas est Galatiæ regionis. Ptol.  
 Armenia, regiæ Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita.  
 Armenia, est duplex. Plin. maior & minor. (trione.  
 Armenia maior, regio est confinis Colcæ à Septentrione.  
 Armenia maior, regio contermina maiori.  
 Armeniacus. a. um. aliquis ex Armenia, vt Armeniaca mala:  
 Armeniæ Pylæ, quas submitit Taurus mons.  
 Armenium, ciuitas prope Boeheidem lacum.  
 Armenius, mons est ab initio Hyrcaniæ. Steph.  
 Armenochalybes, populi mixti ex vtrisque.  
 Armedon, onis. insula est prope Cretam.  
 Armeniæ, populi sunt Lybiæ interioris. Ptol.  
 Arminius, Germanorum Cherus eorum dux tempore Armilij Lepidi consulis. Cor. Tac.  
 Armistæ, pop. fuerunt Liburniæ regionis.  
 Armorica, pro Aremorica, ciuitas Cæsari. Por tota la Bretania.  
 Amozica, ciuitas prope Cyrum fluuium.  
 Amazon, Carmaniæ regionis promont. Ptol.  
 Armusa, ciuitas est Acarnaniæ regionis Epiri.  
 Armusæ, ciuitas est Carmaniæ regionis. Ptol.  
 Armusum, Acarnaniæ regionis promont.  
 Arna ciuitas est Vmbrorum in Italia. Plin.  
 Arna, ciuitas Lyciæ, Xanthus postea dicta. Steph.  
 Arnea, parua ciuitas Lyciæ. Steph.  
 Arnates, pop. Vmbrorum ab Arna, Plin.  
 Arne, ciuitas est iuxta sinum Maliacum. Plin.  
 Arnissa, ciuitas est Taulantiorum Macedoniæ.  
 Arnoba, Plin. Arnoba. Ptol. Arnoba Tacito, mons ex aduerso Tauri.  
 Arnus, flu. est rapacissimus Heturriæ. Vulgo Arno.  
 Arnus, flu. Mæotidem ab Armoriade diuidens.  
 Anus, alius est apud Vasconas.  
 Arnutæ. pop. Galliæ Lugdunen. ad Sequanam.  
 Aroceæ, pop. Lybiæ interioris. Ptol.  
 Arocha, flu. Loctorum in ora magna Græciæ.  
 Aroe, ciuitas Achaïæ, quæ postea dicta Patria. Ptol.  
 Aroerni, gens bellicosa Gallorum. Steph. (tras.  
 Aromæ, atis. vrbs Cappadociæ in Asia minori.  
 Aromata, tum. promont. & emporium Aualitiæ sinus in Aethiopia sub Aegypto.  
 Aropus, ciuitas quæ antea Rhaga dicebatur.  
 Arotres, Scythiæ pop. sunt Thraciæ regionis.  
 Arotrebæ, pop. sunt Galitiæ in Hispania.

- Arotiā, quondam dicta sunt, quæ postea Cretina.  
 Arpani, pop. Hirpinorum in Italia.  
 Arpades, Aegypti pro Cabylo præfectus. Herod.  
 Arpi, pop. sunt Myfiæ inferioris. Ptol. (sta.  
 Arpi, vrbs Apuliæ primo Argipos post Argiripa di-  
 Arpinum, vrbs Volscorum in Latio Ciceronis pa-  
 tria.  
 Arpinates, pop. sunt Arpini incolæ.  
 Arsha, opp. est Arabiæ felicis. Ptol.  
 Arapachitis, pars Assyriæ iuxta Armeniam. Ptol.  
 Arapa, ciuitas est Assyriæ. Ptol.  
 Arribantium, opp. est Myfiæ superioris. Ptol.  
 Arrhichi, pop. sunt ad paludes Mæotides.  
 Arrholus, ciuitas est Bisalticæ in Macedonia.  
 Arrholus, promont. est in Peloponneso.  
 Arria, Romana mulier, quæ se ipsam gladiocōfodit.  
 Arrianus, poeta cuius carminibus Tyberius Prin-  
 ceptus valde delectabatur. Suet.  
 Arrianus, è Nicomedia scripsit res gestas Alexan-  
 der Magn.  
 Arrius familiaris fuit Ciceronis. Hor.  
 Arrius, Alexandrinus Philosophus Augusto gra-  
 tus. Plut.  
 Arrius, Alexandrinus Arrianae sectæ auctor. Rufi.  
 Arsa, opp. est Turdetanorum in Bætica regione.  
 Ptol.  
 Arfaces fuit postremus Persarum ex Parthis rex, à  
 quo omnes Persidis reges dicti fuere Arfaci-  
 dæ. Ser.  
 Arfacia prius Aropus vrbs est in Media Ptol.  
 Arfanea, vrbs Germaniæ. Ptol. Vulg. Cleppern.  
 Arfanias, flu. Armeniæ in Euphratem fluens.  
 Arfanus, alter fluius eundem influens.  
 Arfarata, orum, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.  
 Arsenaria, Mauritaniæ Cæsariensis colo. Ptolom.  
 Vulgo. Azen.  
 Arsia Hetruscus sylua fuit Romana, cum veienti  
 pugna celebris.  
 Arsicina, vrbs Germaniæ. Ptol. Hodie Bruna.  
 Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibalis. Liu.  
 Arsimoe, aliquando dicta fuit Ephesus. Steph. Vul-  
 go. Foglie.  
 Arsinoe fuit filia Ptolemæi Segi filij, & Lysimma-  
 chi Macedoniæ regis vxor.  
 Arsiete, pop. sunt Sarmatiæ Europæ. Ptol.  
 Arsinoe, vrbs Cyrenaicæ regionis. Ptolom. Vulg.  
 Trocara.  
 Arsinoe, oppidum in littore sinus Arabici Vadian.  
 Vulg. Suezia, puerto del mar roxo.  
 Arsinoe, opp. est Cypri insulæ. Ptol.  
 Arsinoe, opp. est in Agypto. Ptol.  
 Arsinotes Nomos præfectura est Agypti. Ptol.  
 Arsinoe, opp. est Ciliciæ. Strab. & Ptol.  
 Arsinoe, opp. Aetholiæ. Strab.  
 Arsinoitica præfectura est Arsinotes.  
 Arsia, est terminus longitudinis Italiæ.  
 Arsiota palus Armeniæ maioris est.  
 Arsinus, Argiuorum flu. qui & Absorus dicitur.  
 Arsinus, lacus est nitrosus prope Tigrim.  
 Arsamofata, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.  
 Arsenium, vrbs Germaniæ. Ptol. Vulg. Prinfinizā.  
 Arsisaca, ciuitas est Mediæ mediterranea. Ptol.  
 Arsyfia, regio Pfyrorum & Chij. Steph.

Asia, locus vbi postea Lebedos fundatā.

Artabanus, filius Histaspis, & frater Darij Persarum regis.

Artabazes, Armeniæ rex filius Mithridatis. Plut.

Artabicia, inter insulas Propontidis. Steph. nume-

Artabri, pop. Galiciæ in Hispania. (ratur.

Artabrum eius loci promontoriū Pomponio. Vulg. Cabo finis terra.

Artaca, mons arboribus plenus in Cizenorū insula.

Artacetes, vrbs Melisiorum Colonia in Asia. Strab.

Artace, castellum Bihyniæ. Ptol. Vulg. Carpi.

Artacena, regio est Syriæ. Strab. lib. 16.

Arthachæas, fuit dux in exercitu Xerxis. Herod.

Artageras, proprium est Syri hominis. Strab.

Artanes Sophenus, rex Armeniæ. Strab. lib. 11.

Artanes, flu. in Istrum defluens. Herod.

Artaphanes, fuit vnus ex ducibus Darij. Herod.

Artaunum, vrbs Germaniæ. Ptol. Hodie Herbipolis. Vulg. Vuitrizbur.

Artaxa, rex Armeniæ, à quo ducebat originem Tigranes. (hi.

Artaxata, orū. Metropolis Armeniæ. Sira. Vulg. Co.

Artaxiata, vrbs item Armeniæ, sic à conditore Artaxia appellata. Strab.

Artaxerxes, filius Xerxis rex Persarum. Iustin.

Artaxerxes, Longimanus dictus fuit, & alio nomine Assuerus.

Artaxerxes, alius Cyri Iunioris frater cognomento Memnon.

Arteatæ, fuerunt gentes Persicæ. Herod.

Artembaros, fuit vir clarus apud Medos. Herod.

Artemidorus Gnidius, Romæ Græcæ disciplinae præceptor fuit Bruto familiaris. Plu.

Artemidorus Daldianus, scripsit de interpretatione somniorum. Suid. qui extant.

Artemis, Diana sic dicta, quasi aerem secans. Strab.

Artemisia, regina Halicarnassi Maufæoli Cariæ regis vxor. Suid.

Artemisium, promont. est Eubææ. Suid.

Artemisium, est quoque Dianæ simulacrum. Suid.

Artemisium, apud Macedones Maium mensem significat.

Artemisium, mons est Arcadiæ. Plin. lib. 4. c. 6.

Artemisium locus est prope Ariciam Dianæ sacer.

Artemita, ciuitas insignis, quæ 500. stadijs à Seleucia distat. Strab. lib. 15.

Artemitæ, insula est Ortygiæ proxima, quam alij Celadufam vocant.

Artemius, Romæ præfectus carceris, qui cum filibus martyrium sub Adriano principe passus est. Volat.

Artemon, Syrus quidam plebeius Antiocho regi similis.

Artemon, medici nomen. Plin. lib. 28. c. 11.

Artemon, viri pictoris proprium. Plin. lib. 35. c. 11.

Arthabatæ, populi quadripedium feratorū modo vagi. Plin.

Artigis, Hispaniæ ciuitas. Ptol. Vulg. Alhama.

Artochmes, vnus fuit è Xerxis ducibus. Herod.

Artymnesus, ciuitas Lyciæ Xanthiorum colonia.

Artynia stagnum est minoris Asiæ. Steph. (Steph. Aruales fratres, dicti sunt sacerdotes, quos Romulus primus instituit. Cell. lib. 6. c. 7.

Aruerni Gallia populi super Ligerim hti. Strab.  
Vul. Auueigne.  
Arufium, promontorium est infulæ Chij. Plin. li.  
14. Vulg. Marullia.  
Arunca, vrbs Italiæ ab Aufone constructa.  
Arunci, populi habitatores in Arunca. Liuius.  
Aruns, vates Thufcus diuinandi scientia insignis,  
Luc.  
Aruns, nom. viri, qui Camillam occidit. Virg. Aen.  
Aruntius Parerculus, viri nomen in equum aureū  
quem ipse conflauerat, iniecit. Plut.  
Arupenum opp. est Gallia. Strab. lib. 5.  
Arupinus, est Pannoniæ vrbs. Strab. lib. 7.  
Aryandes, Aegypti prætor fuit a Cambyse con-  
stitutus.

## A A N T E S.

Afachæ, pop. sunt in montibus Aethiopiæ. Plin.  
Afachus, flu. est alluens Heracleam ciuitatem. Liuius.  
Afa, vicus est Peloponnesi, non procul à Genta ci-  
uitate Steph.  
Afa, nomen est proprium montis. Suidas.  
Afaus, vnus Græcorum ab Hectore interfectus.  
Alander, viri proprium est. Strab. lib. 7. (Hom.  
Afaris, fluui. Heracleam alluens, qui Afacus, &  
Afaflu, & Plin. Apyla dicitur. (Vol.  
Asbestæ Lybiæ pop. vbi Ammonis oraculum fuit.  
Asbeste, pop. sunt iuxta Cyrenem. Ptol.  
Asbilus, Crotoniata, cuius meminit Pausanias.  
Asbotus, vrbs Thessaliæ. Steph.  
Asca, fons in quem demergitur Erasim.  
Asca, Siciliæ ciuitas ab Etymo Troiano condita.  
Ser.  
Ascalaphus, Martis & Astyocheus filius. Hom.  
Ascalaphus, fuit Acherontis, & Orphes filius.  
Ascallingium, vrbs Germaniæ. Ptol. Vul. Hildes-  
heim.  
Ascalon, Palæstine Idumæorū ciuitas. Strab. Vul.  
Escalona.  
Ascalonice, qui ex Ascalonia sunt. Ioseph.  
Ascalus, Tantali frater fuit Hymenæ filius. Steph.  
Ascalus, Hymenæi fuit filius, Ascalonis conditor.  
Ascania, insula maris Mediterr. non procul ab An-  
dro.  
Ascania, regio est Phrygiæ, & vrbs. Eustath.  
Ascania, palus est in Troade. Eustath.  
Ascanius, locus est Bithyniæ propinquus Olympo.  
Ascanius, Aeneæ ex Creusa filia Priami filius.  
Ascanius, Phrygiæ flouius, à quo Ascanius dicitur.  
Ascanticus, mons Asia.  
Ascaulis, vrbs Germaniæ. Ptol.  
Aschalitæ, populi iuxta Indicum sinum. Steph.  
Aschium, ciuitas Achaiæ. Steph.  
Asciburgium, vrbs ducatus Cliuiæ in Germania in  
feriori. Vulgo. Doesburch.  
Ascitæ, Arabes dicti sunt ab vtribus. Plin. li. 6. c. 29.  
Asclepiades, nomen historici Cyprij.  
Asclepiades, alius fuit philosophus cæcus. Cic.  
Asclepiades, alius poeta, à quo carmē Asclepiadeū.  
Asclepiades, Prusiensis medicorū eloquentif. Pli.  
Asclepiades, alius fuit Anthiochenus martyr.  
Asclepiades, Myrleanus ludi magister in Turdeta-  
nia Hispaniæ regione. Strab. lib. 3.  
Asclepiades Anazarbeus, scripsit de fluminibus.

Asclepiodorus, pictor ætate Apellæ fuit. Plin.  
Asclepiodorus, Alexandrinus Mathematicus sin-  
gulari ingenio fuit. Suid.  
Asclepius, filius fuit Machaonis, & nepos Aescula-  
pij. S. August.  
Asclerion, Mathematicus fuit Domitiani tēpore  
Asconius Pedianus, historicus circa Neronis tēpo-  
ra scripsit in Orat. Ciceron. commentaria. Suidæ.  
Ascus, gigas, qui Dionysium cum Lycurgo in flu-  
uium coniecit. Steph.  
Ascra, vicus Bœotia ad radices montis Heliconis.  
Ascraus, adiect. ab Ascra, quæ Hesiodi fuit patria.  
Ascruium, vrbs Liburniæ. Ptol. hodie Ascruium.  
Asculum, opp. est Apuliæ, vbi Romani cladē mag-  
nam perpepsi sunt. Plut.  
Asdrubal, gener Amilcaris patris Annibalis. Liuius.  
Asdrubal, alius fuit Annibalis frater. Plu. in Amm.  
Asdrubal, alius Giskonis filius. Plut. in Scipione.  
Asdrubal, alius cui Caluo cognomen erat. Liuius.  
Asdrubal, alius dux tertij belli Punici. Liuius.  
Aldynis, insula parua iuxta Paludē Miridis. Steph.  
Asca, vel Ascates, vicus Arcadiæ, ex quo Alphæus  
profluit. Steph.  
Asellius Sempronius historicus scripsit res gestas,  
apud Numantiam sub Scipione Aemiliano.  
Asellius Claudius eques Romanus sub Nero. Volat.  
Asembobiti, populi dicti sunt à Sembobiti insula.  
Asia, tertia pars terræ in descriptione orbis.  
Asia minor est, quæ Phrygia, & Licia concluditur.  
Asia, ciuitas est in Peloponneso. Strab.  
Asia, ciuitas est Sufianæ regionis. Ptol.  
Asia, palus est Myliæ Caystro flu. carentis. Ser.  
Asianus, a. um. & Asiaticus, a. um. adiectiuā ab Asia.  
Asiba, ciuitas est Cappadociæ iuxta Pontum.  
Asilas, auguris nomē, qui Aeneæ in auxilium venit  
contra Turnum. Virg. lib. 10.  
Asine, vrbs est Peloponnesi iuxta Messeniā. Strab.  
Vulg. Fancromeni.  
Asindum, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.  
Asine, es, vna est ex Sporadibus in mari Adriatico.  
Asineus, sinus in quo Asinæ Peloponnesi sunt.  
Asines, æ. flu. est Sicilia insulæ. Vulgo. Falconari,  
Asini faux, locus est in Peloponneso.  
Asinius Pollio, celebris orator fuit Romæ.  
Asinius Gallus, eius filius vir fuit doctiss. Senecæ.  
Asinius Capito scripsit Epistolarum librū. Gellio.  
Asis, Vmbriæ mons est. Vulgo. Asis.  
Asissum, opp. cui mōs imminet, & Asnates eius op-  
pidi incolæ. Ptol. & Plin. Vulg. Alsisi.  
Asius, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ. Hom.  
Asij, alij fuere quorum passim meminit. Hom.  
Asius, Semnorum flu. in Italia. Ptol. Vulg. Esino.  
Asius, campus prope Caystrum flu. Hom.  
Asophis, regio est Achaia prius Aethyrea dicta.  
Asopæi, populi sunt Epiroticæ regionis.  
Asopus, ciuitas Eubiæ, quæ postea Carystos.  
Asopus, opp. Peloponnesi in sinu Laconicæ. Ptol.  
Asopus, Achaiæ flu. qui per Bœotiam in Epidau-  
rum effluit.  
Asopus, fuit Oceani, & Terræ filius.  
Asopus, flu. est Peloponnesi. Volat.  
Asopus, Asig flu. qui cum Capro flu. Loadicem  
præterfluit.



- Asopia, regio Asopo fluuio finitima.  
 Asopiades, est Acacus Asopi nepos. Ouid.  
 Aiorus, flu. est alluēs Heracleam ciuitatem. Liuius.  
 Aspa, ciuitas est Parthicae regionis. Ptol.  
 Aspa, ciuitas est Arabiae felicitis.  
 Alpalarethia, vrbs Taphionum. Steph.  
 Anafiate, pop. sunt Persidis regionis.  
 Anafisa, mulier Milesia magnae doctrinae fama.  
 Aspalius, sophista fuit Rauennas Demetriani filius.  
 Aspalius, Byblius cognomento, eo quod de Byblio. i. Papyro librum condidisset. Suid.  
 Aspalius, Tyrius historicus de continente historiam scripsit. Suid.  
 Aspathines, vnus ex Persis, qui cum Dario in Mogum, & Smerdim coniurarunt. Herod.  
 Aspelia, vnus ex Cypri insulae nominibus. Chipse.  
 Aspendius, citharcedus fuit, à quo proverbium. Aspendij citharistae. Eras. in Chiliad.  
 Aspendus, Pamphyliae vrbs Argiuorum aedificum.  
 Aspalus, vel Aspalites, lacus est Iudaeae, in quo fuerunt Sodoma, & Gomorrha, qui nihil praeter bitumen gignit, nunc Mare mortuum dicitur.  
 Aspax, pop. in Cypro. Steph.  
 Aspionia, ciuitas est Bactrianorum.  
 Aspis, extrema in Aethiopia sub Aegypto. Ptol.  
 Aspis, mons est quoque in eadem Aegypto. Ptol.  
 Aspis, nomen insulae prope Cyclades.  
 Aspis, nomen praeterea vrbs in Lycia, & Caria.  
 Aspis, Numidiae promon. quod & Clypea dicitur.  
 Aspis, opp. Syrtis magnae in Africa. Ptol.  
 Asplendon, opp. est Bceotiae regionis. Ptol.  
 Aspolenus, mons est Asiae Pergamo proximus.  
 Aspuca, opp. est Numidiae nouae in Africa. Ptol.  
 Aspungitani, pop. sunt ad Phanagoriam. Ptol.  
 Aspurgitani, pop. circa Meotim paludem. Steph.  
 Asta, ciuitas iuxta Athon, ite vicus Scythiae. Steph.  
 Astacani Indiae regio est, in qua Magosa ciuitas.  
 Astanias. x. fluuius Mauritaniae tingintanae, melius Astania.  
 Astaracus, Trois regis Troiani filius Anchisis auus.  
 Astaradō, vltimus Assyriorum rex Senacherib filius.  
 Astarae, flu. Mauritaniae Caesariensis. Ptol.  
 Astariates, populi decimae regionis Italiae. Plin.  
 Astasia, apud Mellefios Pallas vocabatur.  
 Astorum, mons Sami, à quo fluit Amphysus. Steph.  
 Astorus, ciuitas est Siciliae. Ptolem. melius Aferus. Vulg. Assaro.  
 Astorine, siue Aserini, pop. eius vrbs incolae.  
 Astos, ciui. Cretae vbi vetustiss. Iouis templū fuit.  
 Astos, ciuitas Troadis arte, & natura munita. Vulg. Sancti quarenta.  
 Astos, vrbs fuit Mysiae. Steph.  
 Astos, alia fuit in Lycia, alia in Epiro. Steph.  
 Astuernus, fuit Cyrus Xerxis filius Ioseph.  
 Assur, Iudaeae ciuitas, quam aedificauit Salomon.  
 Assurus, opp. est Numidiae nouae in Africa.  
 Assuritanum, opp. Africae proprie dictae.  
 Assyriani, pop. sunt Tauricae regionis.  
 Assyria, regio Asiae maioris, quae nunc Syria.  
 Assyrij, sunt qui postea dicti sunt Syri, & Syrij.  
 Asta, Colonia Baeticae Hispaniae, non procul à Gadibus. San. Lucar de Barrameda.

Asta, opp. Liguria, antiquum nomen adhuc retinens.

Asta, opp. Italiae prope Hydruntum.

Astanius, & Astensis, adiectiua ab Asta superiori.

Astaboras, flu. Nilum influens. Strab.

Astacana, ciuitas est Bactrianae regionis. Ptol.

Astaces, flu. est in Pontum defluens. Plin.

Astacilis, opp. est Mauritaniae Caesariensis. Ptol.

Astaceni, populi Indiae inter Cophē, & Indū. Strab.

Astacus, ciuitas est Acyananum in Epiro.

Astacus, vrbs Asiae in Ponto, siue Bithynia.

Astacus, ciuitas est in sinu Olbiano.

Astacensis, sinus cui adiacet Astacus Pōti ciuitas.

Astacouri, pop. sunt Libyae interioris. Ptol.

Astacures, pop. sunt Africae proprie dictae.

Aste, populi Thraciae. Steph.

Astaphos, ciuitas est Thraciae.

Astapas, qui & Astapus flu. est Asiae. Strab.

Astapolis, ciuitas est Aethiopiae sub Aegypto.

Astaroth, antiqua ciuitas Og. regis Basan.

Astraroth, duo castella in Aethania.

Astarte, insula in Aethiopia. Steph.

Astarte, dea fuit Syrorum. Aelian. Tertul.

Aster, puer Platonis carminibus celebratus fuit.

Asteria, Deli & Rhodi insularum nomen est.

Asteria, filia fuit Cei Titanis filiae, à Ioue in cothurnicem versa.

Asterion, mons Peloponnesi in sinu Argolico.

Asterion, ciuitas est Thessaliae in alto monte sita, quae nunc Piresia dicitur. Steph.

Asterion, vrbs est in Syria. Laet.

Asterion, flu. Aethiopiae in Nemaea sylua.

Asterion, Cometae filius, qui Iasonem in Colchos nauigantem secutus est. Val. Flac.

Asteris promontorium est in medio Sami, & Ithacae situm. Vulg. Didascalio.

Asteris, ciuitas est Hispaniae. Ptol.

Asteropaeus, Pelagonij filius, qui cum Paeonio venit ad Troiam.

Asterusia, mons Cretae ad meridiem respiciens.

Asterusia, Indiae vrbs Cretensium colonia.

Asterusij & Asterusiani, huius vrbs incolae.

Astiae, regio est Thraciae, in qua Apollonia. Strab.

Asticla, insula est prope Cretam, & Astipalaeia.

Astigi, vrbs est Beticae. Vulg. Ecija, à qua Astigitanus ager. Plin.

Astiochia, mater Tlepoiemis Herculis filij. Bocat.

Astoa, vicus est Arabiae felicitis. Ptol.

Astromi, populi monstrosi sine ore in India. Plin.

Astrea, ciuitas Illyriae. Steph.

Astraea, filia Astraei gigantis, & Aurorae iustitiae dea.

Astraeus, vnus ex Titanibus, qui contra deos arma sumpsit.

Astrabe. es. vna ex Cycladibus.

Astrate, insula est in sinu Arabico. Ptol.

Astromeda, ciuitas est prouinciae Narbonensis.

Astron, flumen est Aeolidis regionis.

Astrophe. es. vna ex Pleiadibus.

Astu, indeclinabile, ciuitas est Atheniensium.

Astur, siue Asturia, ciuitas Hispaniae, in qua Axurones equi gignuntur. (Stora.

Astura, flumen & insula in Latio prope Antium.

Astura, Hispaniae fluuius, à quo Astures Hispaniae populi.

- Asturia, regio & ciuitas Hispaniæ prope Lusitaniam.
- Astoria Augusta, Hispaniæ Tarracoenfis vrbs. Ptol. Vulg. Astorga, olim Roma.
- Asturicus. a. um. & Asturiensis adiectiua ab Asturica.
- Astures, populi Hispaniæ cuitores.
- Asturici, populi Sarmatiæ Asiaticæ.
- Astusapes, est idem flu. qui Astapus. Plin.
- Astusa, Germaniæ vrbs. Ptol. Vulg. Bodenhuyfen.
- Astus, vrbs Myfiæ Milesiorum colonia. Volat.
- Astyla, ciuitas Hispaniæ iuxta Lusitaniam Ptol.
- Asty nomen, quo olim Græciæ vrbes vocabantur. Diod.
- Asty, dicebantur Athenæ, & Alexandria per excellentiam.
- Astiages, viri Troianorum, & Afsyriorum regis proprium.
- Astyages Cyaxaris Medorum regis filius. Herod.
- Astiages, item vnus ex illis, qui à Perseo visa Gorgone in marmora mutati fuerunt. Ouid.
- Astyalus, vir fuit Troianus à Neoptolemo interceptus. (Virg.)
- Astyanax, Hectoris fuit ex Andromacha filius.
- Astycratia, filia fuit Acolii. Hom. Odysseæ lib. 10.
- Astydamas Senior, magicus Atheniensis. Suid.
- Astydamas Iunior, Senioris filius, ite Tragicus. Sui.
- Astydamia, Ormeni filia, quam Hercules rapuit.
- Astylus, vnus fuit ex Centauris. Ouid.
- Astylus, Crotoniata Curlor. 3. Olympicis. Plaut.
- Astymedusa, Oedipi Thebarum regis fuit vxor.
- Astynome, quæ & Chryseis Chryse Apollinis sacerdotis filia.
- Astynous, princeps quidam Troianus à Diomede interfectus. (phum.)
- Astyocha, fuit virgo, ex qua Mars genuit Asca'ia.
- Astyochia, virgo quæ Hercules ex Ephyre Laconiæ ciuitate rapuit, & ex ea Tlepolemū genuit.
- Astypaleia, insula est vna è Cycladibus. Plin. Vulg. Stampalja.
- Astypalea Coorum fuit vrbs antiquitas. Strab.
- Astypaleus. a. ū. adiect. 6. syllabarū ab Astypaleia.
- Astypala, ciuitas fuit in Attica regione.
- Astyra, ciuitas est Aeolidis regionis.
- Astypale, ciuitas Astypalæ insulæ.
- Astyra, per simplex. f. opp. in agro Brixinno. Vulg.
- Astychis, Rex fuit Aegypti. Herod. li. 2. (Afoli.)
- Astylas, nomen vatis cuiusdā. Virg. lib. 10. A Encid.
- Asylum, templum à Romulo Rhææ Iliæ Vestalis virginis filio ædificatum.
- Alyneritus, viri nomen. Rom. 16.

## A A N T E T.

- Atabyria, prius dicebatur, quæ postea Rhodus. Vulg. Rhodas.
- Atabyris, mons altissimus in Rhodo insula. Strab.
- Atabulus, vel Atablus, ventus in Apulia præcipue spirans. Horat.
- Atacini, pop. sunt prouinciæ Narbonensis.
- Atao, locus trans Iordanem, vbi ex equis, atq; plæus peregerunt filij Israel super morte Iacob. Gene. 50. Nunc Bethagla, quod interp. locus gyri, eoquod ibi more plangentium circūierūt in funere Iacob. Hieron. in locis Hebraicis.
- Atea, vrbs Ladonica, & alia Phœnicia. Steph.
- Atæon, Aristei filius ex Autonoe Cadmi, & Hermonionis. Ouid.
- Atalanta, virgo venatrix Iasij Argiuorū regis filia.
- Atalanta, filia Cenci regis in Syro insula cursu nobilis.
- Atalanta, insula locata in Oppuntem. Strab. lib. 6.
- Atalanta, fons est in porticu Cyphantarū. Pausan.
- Atalanta, ciuitates duæ Locridis regionis.
- Atalanta, insula iuxta Piræum. Steph.
- Atagata, dea Syrorum, quæ & Atergates. Strab.
- Ataraa, vrbs Myfiæ in Asia, non procul ab Asto. Steph.
- Atarnes, Darij Persarum regis frater. Herod.
- Atarpheni gens magna Arabiæ. Steph.
- Atasij, pop. sunt Massagetarum, & Corasiorum.
- Atax, flu. prouinciæ Narbonensis. Lucan.
- Atecua, opp. est Bæticæ in Hispan.
- Atella, opp. Campaniæ. Vulg. Anuerfa.
- Aternia, ciuitas est Hispaniæ melius videtur Alternia.
- Aternus, fluius Italiæ inter Ferentanos. Plin. Vulg. Pescara.
- Ateste, ciuitas est regionis Venetæ. Plin. Vulg. Este.
- Athamas, Aeoli filius pater Phrixi, & Helles.
- Athamas, Thessaliæ Pthiotides mons. Plin. hinc Athamantis.
- Athamas fluij nomē, qui suo tactu ligna incēdit.
- Athamanes, populi sunt Epiri.
- Athanasius, præsul Alexandrinus Arrianorum insidias maximas perpeffus fuit. Volat.
- Athanasus, vir prodigiosæ fortitudinis. Plin.
- Athanes, flu. Scythiæ Thraciæ in Istrum fluens.
- Athædon, vicus est regionis Palæstinæ.
- Athenæ, arum. ciuitas Græciæ inter Achaïam, & Macedoniam, nunc vicus est. Vulg. Satines.
- Athenæ, arū rebus bellicis, & bonis artib' celeberr.
- Athene, Diades cognominata. Euseb. Cæs.
- Athenarum, promont. iuxta Ciflos in Ponto.
- Atheniensū, partus in sinu Saronico Peloponnesi.
- Athenæum Campaniæ promont. est.
- Athenæum, locus erat Mineræ dicatus Athenis.
- Athenæus, nomen celebris Cosmographi Græci.
- Athenæus, è Seleucia Ciliciæ philosophus. Strab.
- Athenæus, Naueratica librorum composuit Dipsosophistarum.
- Athenion, pictor eximius iuuenis mortē obijt. Plin.
- Athenodorus, sculptor fuit marmorarius. Plin.
- Athenodorus, Atheniensis philosophus Stoicus, Dionysij Areopagitæ præceptor. Suid.
- Atrenopolis, opp. est Massiliensium. Plin.
- Athensius, fluius effluens è lacu, qui in Apenino est. Vulg. Toja.
- Athelis, flu. nascens ex Tridentinis Alpibus. Vulg. Ades. Es del territorio de Verona.
- Athocasi, populi sunt Scythici in Asia. Herod.
- Athna, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol. melius videtur Altina, vt in Græco codice habetur.
- Athos, mons est altissimus inter Macedoniam, & Thraciam. Vulg. Monte santo.
- Athos, promont. & ciuitas Macedoniæ. Ptol.
- Athrax, pater Hippodamiæ primus artem Magigicam apud Thessalos constituit.
- Athrax, flu. Aetoliæ, à quo Araces pop.

- Athribites nomen Aegypti praefecture. Ptol.  
 Athribites, flu. est Aegypti. Ptol.  
 Athrite, pop. sunt Arabiae felicis. Ptol.  
 Athrula, ciuitas est Arabiae felicis. Strab.  
 Athrys, flu. est Thraciae in Istrum fluens.  
 Atinotus, libertus Caesaris fuit, teste Tertull.  
 Atina, ciuitas Latinorum mediterranea. Ptol.  
 Atina, opp. Lucanorum in Italia, à quo Arinates.  
 Atina, opp. Venetorum, quod interijt Plin.  
 Atinoni, populi iuxta Peucem Istri insulam.  
 Atileoti, populi Britanniae.  
 Atlanticae, insulae duae sunt, quas Beatas vocant.  
 Atlanticum mare, Oceanus occidentalis est. El mar Oceano.  
 Atlas, Asiae Nymphae filius Mauritaniae rex, primus dicitur Astrologiae inuentor. (dinis.)  
 Atlas, mutatus in montem sui nominis mirae altitu  
 Atlas, rex Italiae, pater Electrae, uxoris Coryti.  
 Atlas, Arcadiae rex Mercurij auus. Ser.  
 Atlas, flu. in Istrum versus Septentrionem fluens.  
 Atlas, anis. mos est Mauritaniae Tingitanae. Vul. Claro.  
 Atlantes, populi sunt Eubaeae. Ptol.  
 Atlantici Cambolactri, prouinciae Narbonens. populi. (puli.)  
 Atlantes, populi sunt Aethiopiae.  
 Atobani, populi Aethiopiae sub Aegypto.  
 Atossa, filia fuit Cyri. Herod. lib. 4.  
 Atrocus, nomen viri, qui primus Magia in Thracia inuenit.  
 Atræ, ciuitas inter Euphratem, & Tigrim. Steph.  
 Atragia, insula est vna ex Cycladibus.  
 Atramitæ, populi sunt Arabiae felicis. Plin.  
 Atramitia myrrha, quae ab Atramitis.  
 Atrani, populi Hirpinorum in Italia. Plin.  
 Atras, flu. Aetoliae in Epiro.  
 Atraces, populi eius fluuij accolæ.  
 Atrax, ciuitas est Pelasgiotarum in Macedonia.  
 Attebates, pop. Galliae Belgicae Ambianis, Tornacensibus, & Morinis finitimi. Vulgo de Artoes.  
 Atrebatij, populi Angliae prope Dobunos. Ptole.  
 Atrebatii, pop. sunt Hispan. citerioris.  
 Atreus, filius Pelopis, & Hippodamiae, rex Mycenarum.  
 Atria, vrbs Venetiae postea dicta. (tant.)  
 Atria, primo Hetruria, hinc Hetruscis dictos pupa.  
 Atria, vrbs est, à qua Atriacum mare appellatur.  
 Atrianus, flu. est Venetiae. Ptol. Vulg. Ades.  
 Atriade, dicti sunt Agamænon, & Menelaus. Hor.  
 Atroa, ciuitas Mauritaniae Caesariensis, melius Epe.  
 Atroa, ciuitas Mauritaniae Caesariensis, melius credo Altoa, vt Graeca habent.  
 Atropatia, regio & pars Mediae. Strab. lib. 11.  
 Atropatus, dux Medorum, à quo Atropatra dicta.  
 Atropos, vna Parcarum, filia Demorgonis, & Noctis.  
 Atta, proprium cuiusdam tragici, vel comædi.  
 Atta, ciuitas est Arabiae felicis. Ptol.  
 Attacana, ciuitas est Bictrianæ regionis. Ptol.  
 Attabes, & Numenius latrones fuerunt famosissimi. Strab.  
 Attacum, opp. Hispan. Ptol.  
 Attali, reges Pergami in Asia dicuntur, de quibus Strab. (talia.)  
 Attalia, ciuitas Pamphyliae in ora maritima. Vul. Sa
- Attalia, ciuitas conuentus Pergami. Strab.  
 Attalus, nomen Pergami regis pecunia diuissimi:  
 Attalientes, cultores sunt vtriusque Attaliae.  
 Attalida, ciuitas est Lydiae, condita ab Attye. Steph.  
 Attalis, tribus est Atticae. Steph.  
 Atteius, philoso. Libertinus Athenis natus. Suet.  
 Attella, siue Attellæ, arum. oppidum Oscanum in Campania. Vulg. Anuersa.  
 Attellanus, a. um. vnde Attellanæ comædia.  
 Attelebusa, insula est in mari Lycio.  
 Atthis, idis. Cranæi filia, vnde regio Attica.  
 Attica, regio Graeciae inter Achaiam, & Macedoniam.  
 Atticus, a. um. adiect. Attica eloquentia.  
 Atticitus, flu. est Sarmatiae Asiaticae. Ptol.  
 Attidates, pop. sunt Umbriae in Italia.  
 Attilius Regilus, Consul Romanus. Cicer.  
 Attebates, pop. sunt Belgicae, qui & Attrebares.  
 Attila, natione Scythae, Pannoniam subegit, Italia ingressus, Aquileium subuertit.  
 Auatucum, vel Auatucum Galliae Belgicae vrbs. Ptol. Hodie Antuerpia. Vulg. Anuers.  
 Aura, opp. est Galliae Aquitanicae.  
 Aturius, Galliae flu. Ptol. Vulgo. Dou.  
 Atys, Lydorum rex, Herculis & Omphales filius.  
 Atys, flu. Siciliae. Plin. lib. 3. c. 8.  
 Atys, Herculis & Omphales filius.  
 Atys, puer Phrygius, à Cybele admatatus in pinu arborem Cybeli sacram versus. Ouid. 10. Metam.  
 Atys, filius Limniaces Nymphae, à Perseo interemptus. Ouid. lib. 5. Metam.  
 Atys, alius Cræsi Lydiae regis filius. Herod. lib. 2.  
 Atys Syluius, Albe Siliij filius, regnauit annis. 192.

## A ANTE V.

- Aua, nomen idoli. 4. Reg. 18. 19. Esai. 37.  
 Aualites, finis est in mari Erythraeo. Strab.  
 Auantici, pop. Heluetiorum. Plin. lib. 3.  
 Auanticum, opp. in Alpibus desertum. Plin.  
 Auanticum, opp. Sequanorum Germaniae. Ptol.  
 Auara, ciuitas est Arabiae Petraeae. Ptol.  
 Auaricum, oppidum Celtarum in finibus Biturigum. Vulgo Chasteanneus en Berry.  
 Auarinnæ, siue Varinnæ, populi sunt Germaniae.  
 Auarni, populi sunt Samariae Europaeae. Ptol.  
 Auarpi, populi sunt Germaniae magnae.  
 Auarum, promontorium est Hispaniae Tarracoenensis. Ptol.  
 Auasis, vrbs Aegypti, quae & Oasis. Steph.  
 Auehitæ, populi sunt Aegypti. Ptol. (cies.)  
 Auctolycas, fur fuit, qui se in varias mutabat species.  
 Auclonus, filius Apollinis, & Cyrenes Penei filius.  
 Aucula, vrbs Tuscorum. Ptol. Aequiapendente.  
 Audus, flu. est Mauritaniae Caesariensis.  
 Aucon promont. est Mauritaniae Caesariensis.  
 Audanij, populi sunt Italiae. Strab. lib. 6.  
 Audon, mons in Africa proprie dicta.  
 Auella, siue Abella, ciuitas est Campaniae abudantis optimis nucibus, quae auellanæ dicuntur. Virg.  
 Auella, ciuitas Hispaniae, vnde Auellenses.  
 Auellinum, ciuitas Hirpinorum in Italia. Plin.  
 Auenio, vrbs Galliae Narbonensis. Vulg. Auision.  
 Auentinus, mons Italiae antea Muttus dicebatur.  
 Auentinus, mons Romae ab auibus sic dictus, vel Auentinus ab Auentino rege Aboriginu ibi sepulto.

- Auentius, Hercules ex Chea filius nomen ab hoc monte accepit. Seruio, Virg. 7.  
 Auentinus Syluius, Albanorum rex, pater Proci, Romuli Syluij fuit filius, regnauit annis 27.  
 Auea, ciuitas est Palmyrenæ regionis. Ptol.  
 Auerni, populi Gallia Aquitania super Ligerim siti. Strab. lib. 4.  
 Auernus, lacus est Campaniæ prope Baias. Vulgo, Lado de Tripergola. Virg. lib. 6. Aeneid.  
 Auerruncus, deus dictus, quod mala auerrencaret. i. auerteret. Var.  
 Aufeta, aqua Romæ, quæ postea Martia dicta fuit.  
 Aufidena, ciuitas Italiæ Caracenorum. Ptol.  
 Aufidenates, populi Samnitum, siue Sabellorum.  
 Aufidus, viri proprium, qui mella Falerno vino miscere solebat. Horat.  
 Aufidus, fluuius Apuliæ, qui Cannas præterlabitur. Vulgo. Fanto, en tierra de Barri.  
 Aufiates, populi sunt Vestinorum in Italia.  
 Auga, Telephi soror ab Hercule corrupta fuit. Str.  
 Augala, ciuitas est Mauritanie Cæsarien. Ptol.  
 Augali, populi sunt Bactrianæ regionis. Ptol.  
 Auge, siue Augea, mater Telephi, Hercules filij.  
 Augasij, populi Massagetarum. Steph.  
 Auge, mulier Tegearis Poetria. Steph.  
 Augeia, vel Augeæ, vel Augiæ. arum. ciuitas est in Locride. Steph.  
 Augeia, siue Augia, opp. est Laconia in Pelopon.  
 Augeas, Atheniensis comicus fuit. Athenæo.  
 Augeas, Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Str.  
 Augius, Elidesim rex, à quo Augiæ stabulum pro uerbium, vide Erasmus in Chiliadib.  
 Augila, vrbs Libyæ. Steph.  
 Augurina, opp. est Hispaniæ Beticæ.  
 Augusta Cæsarea, vrbs Hispaniæ citerioris. Vulg. çaragoça.  
 Augusta Treuirorù, ciuitas Gallie. Vulg. Treues.  
 Augusta Emerita, ciuitas Hispaniæ in Lusitania. Vulg. Medina de Rioseco.  
 Augusta Gemella eadem, quæ Tura in Hispania.  
 Augusta Vindelicorum, vrbs Germaniæ. Vul. Aufpurg, que & Augusta Drusi.  
 Augusta Vacinorum, ciuitas Gallie Togatæ.  
 Augusta, ciuitas Ausciorum in Gallia Aquitanica.  
 Augusta Taurinorum, colonia Traspadanæ regionis. Vulgo Turin.  
 Augusta Salasiorù colonia in eadē regione. Ptol.  
 Augusta Valeria eadem, quæ Setabis in Hispania.  
 Augusta Firma eadem quæ Agisti in Bética. Vul. Ecija.  
 Augusta Neua, ciuitas Arouacorum in Hispania.  
 Augusta Batiendorù ciuitas Italiæ. Ptol. Bassignan.  
 Augusta Rauracorum Germaniæ vrbs Basilea.  
 Augusta Romandiorum, ciuitas est Belgicæ. Pto.  
 Augusta Vessorum, ciuitas est Belgicæ. Ptol.  
 Augusta, ciuitas Bryelicæ regionis in Cilicia. Pto.  
 Augusta Prætoria ciuitas est Daciæ. Pto.  
 Augusta Tyberij, Germaniæ vrbs. Vul. Ratispona.  
 Augusta aqua, per aquaductus in urbem ducta.  
 Augusta, arum. ciuitas Ciliciæ, & Italiæ. Steph.  
 Augustia, ciuitas est Daciæ. Ptol.  
 Augusti, lacus est in prouincia Narbonensi.  
 Augusti, turris in Galicia Hispaniæ regione. Lugo,

- Augustæ, coniuges dicebantur Imperatorum, diuæ autem post mortem tantum. Volat.  
 Augustodunum, Heduerum vrbs in Gallia. Vulg. Augustum.  
 Augustobriga, ciuitas in Lusitania. Pto.  
 Augustobriga, ciuitas Hispaniæ Tarraconensis. Pto.  
 Augustobrigenses, populi vtriusq; Augustobrigæ.  
 Augustomana, opp. Tricassium in Gallia.  
 Augustonemetum, ciuitas Auernorum.  
 Augustoritù, Pictonum vrbs. Ptol. Vii. Poitiers.  
 Augustus, primus dictus est Octavius Romæ imperator, à quo alij dicti sunt postea Augusti, quasi Augustio consecrati.  
 Augustum, opp. Africa sub Adrimitto. Ptol.  
 Augylæ populi Africæ iuxta Syrtis. Ptol.  
 Auis, vel potius Liuis. Ptol. vrbs Hispan. Beticæ. Vulg. Villalon.  
 Auis, ciuitas est Vestinorum in Italia. Ptol.  
 Auis, flu. est in campo Phenæo Arcadiæ.  
 Auidienus, viri diuitis sordidi, ac parci proprium. Homer.  
 Auidos, opp. Africa sub Adrimitto. Ptol.  
 Auinense, opp. Africa proprie dictæ.  
 Auitta, opp. Africa proprie dictæ.  
 Auim, opp. inter Tyrium, & Sidonem.  
 Auis, fluuius Scythiæ ab Aemis montibus in Istrù defluens. Herod.  
 Auidis, ciuitas est Mesopotamiæ ad Tigrim. Pto.  
 Aule, nauale Cilicium inter Tharsum, & Anchialē. Steph.  
 Auleri, populi Gallie Lugdunensis. Ptolem: Los de Roman.  
 Aulircij Eburaci, populi Gallie Lugdunensis. Pto.  
 Aulis, idis. portus Eubææ insulæ, in quo conueniunt naues Græcorù ad Troiam proficiscentiù.  
 Auocrene. es. regio, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Pli. lib. 19. c. 14.  
 Aulos, mōs Calabria, contra Tarentinam regionē.  
 Aulon, ciuitas est Macedoniæ regionis Corinthiorum colonia.  
 Aulon, ciuitas est Ciliciæ regionis.  
 Aulon, opp. est Achaia regionis.  
 Aulus prænomen erat olim Romanis familiare.  
 Aunios, insula est Galiciæ conuentus Lucensis.  
 Auo, vel Auus, flu. est Galiciæ, qui Celerinorù agrù alluit. Ptol.  
 Auradis, ciuitas est Mediæ. Ptol.  
 Aurana, ciuitas Arabiæ desertæ mediterranea. Pto.  
 Auronitis, regio est Babylonie. Ptol.  
 Auras, flu. est prægrandis Europe in Istrum fluens. Herod. lib. 4.  
 Aurelia familia, apud Rom. ex Sabinis oriunda.  
 Aurelia, nomen propriam matris Cæsaris.  
 Aurelia, que Carissa opp. est Beticæ.  
 Aurelia, via vna ex tribus vijs ab vrbe Romanâ ad Mauritaniam.  
 Aureliani Galli, à Marca ad Superum mare inhabitant.  
 Aurelianum iter, fertur ab vrbe in Gallias per ipsam Aureliam. Antonio.  
 Aurelinus, siue Auriginus Episcopus, qui Auriensis.  
 Auricornu, promont. Bizantij, quod Græci Chy-foceras vocant.

- Auringis, vrbs est Hispaniæ. Ptol.  
 Aurinini, populi Italiæ, qui postea Saturnini.  
 Auritina, opp. Cyrenaicæ regionis mediterr.  
 Aurora, Titanis & Terræ filia, Luciferi & ventorū  
 mater dicitur, eoquod cum ea orientur.  
 Aurunca, vrbs quam condidit Aufon Vlyssis, &  
 Calypsoos filius.  
 Aurunci, populus antiquissimus Italiæ. Liuius.  
 Auranci, corrupte legitur pro Auruncis.  
 Ausa, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.  
 Ausancæ, ciuitas est Liburnicæ regionis. Pto.  
 Aufchise, populi Lybiæ. Herod. lib. 4.  
 Aufchi, populi sunt Aquitanicæ in Gallia.  
 Aufculani, populi Hirpinorum in Italia.  
 Aufei, populi Lybiæ. Steph.  
 Aufelij prius dicebantur, qui nunc Aurelij.  
 Aufetani, populi sunt Hispaniæ citerioris.  
 Aufenses, populi sunt Biturigum in Gallia.  
 Aufer, flu. Italiæ, prope Luca, qui Pisas aluit, qui  
 & Esarus. Vulgo Serchio.  
 Auferitis, myrrhæ quoddam genus à loco.  
 Aufigda, ciuitas Cyrenaicæ regionis. Ptol.  
 Aufitis, idis. regio, quæ Hebraice dicitur Hus.  
 Aufabas, flu. est Hybernæ. Ptol.  
 Aufon, Vlyssis, & Calypsoos filius.  
 Aufonia, ea pars est Italiæ, vbi nunc Beneuentum.  
 Aufonia, Hispa. citerioris prouincia. Vulg. Ofana.  
 Aufones, Aufonij. & Aufonides. Ital. populi.  
 Aufonium mare pars Ionij est, aliàs Siculum.  
 Aufonius, Sophista scripsit epistolas. Suid.  
 Aufonius Gallus Burdegalensis poeta, cuius extāt  
 Epigrammata.  
 Auster, ventus Meridionalis ab hauriendis aquis di  
 Austræ, opp. est Troadis regionis. (ctus.  
 Austraria, insula Oceani Septentrionalis, quæ &  
 Glessaria.  
 Austrasia, prius dicebatur, quæ nunc Brabantia.  
 Austricorum, promont. est Arabiæ.  
 Austria Pannoniæ superioris regio. And. Altham.  
 Aufum, opp. est Arabiæ felicis. Pto.  
 Aufugum, opp. interp. Feltriam, & Tridentum.  
 Aufagani, populi Aufugi incolæ.  
 Autariatæ, gens est Thesprotiæ. Steph.  
 Auternum, opp. est Italiæ. Strab.  
 Authe Aclyonei gigantis ab Hercule cōfossi filia.  
 Autini, vel Auteri Hyberni pop. Ptol.  
 Autocanes mons ponitur Homero in Hymnis.  
 Autochthones, populi quidam, qui à terra originē  
 suam ferunt.  
 Autolia, siue Aticlia Sinonis filia, Vlyssis mater.  
 Autololes, populi valdi dissimi Mauritanie. Plin.  
 Autolytus, filius Mercurij, & Cliones Deucalionis  
 filia.  
 Autolycus, sur insignis Parnasi accola.  
 Autolicus, alius cōditor Sinopis, & Iasonis comes.  
 Autolycus, alius Athleta nobilis Paneratlastes.  
 Automalax, præsidium. Pto. vrbs Cyrenes, quæ &  
 Pentapolis. Vulgo Estam.  
 Automale, populi Africæ in Aethiopia. Steph.  
 Automate, insula vna ex Cycladibus inter Therā,  
 & Terasiam. Vulg. Suda.  
 Automedon, Dioræ filius Achillis auriga.  
 Aucomoli, gens Aethiopica. Steph.

Autonæ, filia Cadmi Thebarū regis, & Hermiones.  
 Auricum, vrbs Charnutum. Pto. Vulg. Cartres.  
 Autrigones, populi sunt Cantabrorū in Hispania.  
 Autumedō, nomē viri propriū. Cic. pro Sex. Rosc.  
 Auxim, is. opp. Mauritanicæ Cæsariensis. Pto.  
 Auximum, Piceni regio in Italia, à quo Auximates  
 populi diēti. Vul. Osimo, en Marca Anconitana.  
 Auximitæ, populi Meroes insule. Pto.  
 Auzinia, ciuitas est Arabiæ desertæ. Pto.  
 Auzina, ciuitas est Mauritanicæ Cæsariensis.

## A A N T E X.

Axa, filia Caleb. Iosue. 15. Iudicum. 1. q. 1. Paral. 3.  
 Achasa scribitur.  
 Axantos, insula inter Hyberniam, & Britan. Plin.  
 lib. 4. cap. 16.  
 Axenum mare, quod Ponticum, & Buxinū dicitur.  
 Axiæ, vrbs Locrorum Ozolorum. Steph.  
 Axiaces, flu. est Sarmatiæ Europæ. Pto.  
 Axiaces, flu. est Mysiæ superioris. Pto. Vulg. Sali-  
 na. Cuya boca corre en el mar mayor.  
 Axiace, populi sunt Sarmatiæ in Europa.  
 Axina, ciuitas Italiæ in Alpibus Græcis Ceutronū.  
 Axiochus, Philosophus, cui Plato librum de morte  
 dicauit, & scripsit.  
 Axion, frater Alpheibææ, quæ Alcmeoni nupsit.  
 Axium, Danubij ciuitas. Pto. in Dacia.  
 Axium, ciuitas Mysiæ inferioris. Pto.  
 Axius, flu. est Mygdoniæ, quæ pars est Macedo-  
 niæ. Pto. Vulgo Vardar.  
 Axon, flu. est Doridis regionis in Asia minori. (ue.  
 Axona, flu. in extremis Remorū finibus. Vul. Dis-  
 Axos, vrbs Chersonesi Thraciæ.  
 Axumites, metropolis Aethiopum. Steph.  
 Axilus, Phrix è ciuitate Arisbe, homo perquā bea-  
 tus, & insigniter humanus. Hom.

## A A N T E Z.

Azaani, populi sunt Phrygiæ maioris. Strab.  
 Aza, nomen viri. 1. Esd. 1.  
 Aza, ciuitas Ponti Cappadoci mediterranea. Ptol.  
 Aza, vrbs Palæstine, quæ aliàs Gaza, ab Azone Her-  
 culis filio. Steph.  
 Azabel, rex Syriæ.  
 Azagarium, ciuitas est Sarmatiæ Europæ. Pto.  
 Azali, populi sunt Pannoniæ superioris. Pto.  
 Azamora, ciuitas est Cataonum populorum. Stra.  
 Azama, opp. est Cirtensium in Africa.  
 Azana, Athiopiæ regio, vbi sinus Barbaricus.  
 Azanes, Arcadiæ populi. Strab. lib. 8.  
 Azania, vrbs Asiæ minoris, quæ Herod. Aezanum.  
 Azania, regio interior in Meroe insula. Pto.  
 Azanta, vetus nomen Arcadiæ. Steph.  
 Azanitis, lacus vnde Rhyndacus amnis oritur.  
 Azan, mons Arcadiæ, vbi Cybeles Deorum mater  
 colebatur.  
 Azaniū, fons quidam, cuius aquam gustatibus vini  
 tædium venit in tantum, vt nec odorem ferant.  
 Azar, mons est Aegypti. Pto.  
 Azara, ciuitas est Sarmatiæ Asiaticæ. Pto.  
 Azara, ciuitas est, in qua Palladis, & Dianæ templū.  
 Azaraba, ciuitas est Sarmaticæ Asiaticæ. Pto.  
 Azaritus, fons Bithiniæ, qui paruos crocodilos nu-  
 trit. Strab.  
 Azata, ciuitas est Mediæ. Ptol.

Azecenenses, populi sunt Atticæ regionis.  
 Azenta, pars tribus Hippothoridis in Attica. Ste.  
 Azibintha, insula est una e Cycladibus.  
 Azicis, opp. præfecturæ Lybicæ Aegypti. Pto.  
 Aziris, ciuitas Armeniæ minoris iuxta Euphratem.  
 Azyritanum. Pto. Plin. Abziritanum. Herod. Azi-  
 rim, & Aziristum, opp. Africæ.  
 Azorium, oppidum est Pelasgiotarû Macedoniæ.  
 Ptolem.

Azotus, vrbis Syriæ inter Ascolonem, & Ioppen.  
 Azorus, vrbis A. h. a. Pomp. Strab.  
 Azotius a. um. adiect. vt viri Azotij.  
 Azuis, vicus est Marmaricæ Aegypti. Pto.  
 Azur, pater Ananiæ Prophetæ. Ierem. 28. Pater ite  
 Ieconig. Ezech. 11.

Azuritanum, opp. in Africa. Plin. lib. 5. c. 4.  
 Azylea, opp. est Acarnanû in Epiro. Vul. Natalico.  
 Azzi, nomen viri. Esd. 11.

DE LITERA B.

**B** A A L, Affyrijs Iouis nomen est. Punicis domi-  
 nium significat, inquit Augustinus. Y de aqua  
 vienen a dezir Baalsamen, quasi Dominum  
 cæli.

Baal, fuit idolum Samaritanorum, & Moabitarum.  
 Græci. Martem putat. Num. 12. quod destruxit  
 Gedeon. Iud. 6.

Baal, est & nomen loci 1. Paral. 5.

Baal, filius fuit Ioeli. Paral. 5.

Baal, fuit filius Abigabaon. 1. Para. 8.

Baal, filius fuit Iabel. 1. Para. 9.

Baal, mons circa Libanum in finibus Alophilorû.

Baala, ciuitas in tribu Iudæ. Ios. 15. quæ & Caria-  
 thiarim, & Carim, & Cariat Baal dicitur.

Baalat, ciuitas in tribu Dan. Ios. 19. ciuitas à Salo-  
 mone condita. 3. Reg. 9.

Baalberith, idolum. Iudicum 9.

Baalgad, nomen montis sub monte Hermon. Io-  
 sue 11. & 13.

Baalhafor, locus infra Ephraim urbem Benjamin.  
 2. Reg. 13.

Baalhermon, mons circa Libanum in Palæstinæ fi-  
 nibus. Iudic. 3.

Baalia, nomen viri. 1. Para. 12.

Baaliada, filius Dauid. 1. Para. 14.

Baalim, idolum. 1. Reg. 7. 2. Para. 28. Ierem. 2. Rex  
 item filiorum Ammon. Ierem. 40.

Baalmon, ciuitas Amorrhæorum, quæ forte obli-  
 git filio Ruben. Numer. 32. Ios. 13. Hæc eadem  
 dicitur Beelmon.

Baalpharasin, locus in terra Chanã. 2. Reg. 15. 1.  
 Para. 14.

Baalthamar, vicus iuxta Gabaa in tribu Benjamin.  
 Iudic. 10.

Baaras, locus, & nomen plantæ admirandæ virtu-  
 tis. Ioseph. lib. 7. c. 25. de bell. Iudaic.

Baba, ciuitas est Mauritaniz Tingintanz. Pto.

Babactes, & Bactes nomina sunt Bacchi.

Babanenses, pop. Hisp. ceterioris in conuentu Car-  
 thaginensi. Plin. lib. 3. c. 3.

Babanium, regio est Ponti in Asia. Strab.

Babba, Mauritaniz colonia, quæ & Iulia Cæpestrus.

Babæ, arum. ciuitas est Lybiæ. Steph.

Babiæ, arum. ciuitas in secunda Italia regione.

Babiani, populi in secunda Italia regione.

Babiba, ciuitas Lybiæ interioris. Ptol.

Babila, ciuitas est Armeniæ maioris. Pto.

Babilus homo Romanus, de quo Pli. li. 9. in proce-

Brabantion, locus est iuxta Chion. Steph. (mis.)

Babylas, præful Antiochenus vita, & doctrina vir  
 præstantissimus. Euseb.

Babylon, apud nos confusio, vel translatio dicitur.

Babylon. ciuitas Mesopotamiæ est Chaldaicarum

gentium caput, à qua reliquum Assyriæ, & Me-

sopotamiæ Babylonia appellata. Vul. Bagadad,  
 o Baldaque.

Babylon Aegyptia, ciuitas Aegyptia.

Babylonius. a. u. & Babylonicus. a. um. adiectiu.

Babylonensis. e. ad Babylonem pertinens. Plauto.

Babylonij, populi Merce. Pto.

Babyrsa, Castellum munitiss. Atropatzæ regionis.

Bbyrtacæ, ciuitas est Persidis. Steph. Huius incolæ  
 soli mortalium aurum spernunt. Rhod.

Bacales, pop. sunt Lybiæ iuxta mare habitantes,  
 Herod. lib. hist. 4.

Bacasis, ciuitas est Hispaniæ. Pto.

Bacatzæ, populi Marmaricæ in Lybia. Pto.

Bacalitis, regio Marçæ insulæ in Aethiopia Aegy-

Baccæon, populi Hisp. Steph. (pti.)

Baccha, villa quædam circa Mæotidem paludem.

Baccha. æ. vel Barchis. idis. mulieres fuerunt Bac-  
 chi sacerdotes.

Bacchanal, locus in quo Bachi festa celebrabatur.

Bacchanalia, quæ, & Dionysia, dicuntur Bacchi festa.

Bacchemo, Persei & Andromadz fuit filius. Laet.

Bacchi, & Antibacchi, insulæ in sinu Arabico. Pto.

Bacchea, ciuitas est Albaniz. Ptol.

Bacchiadz, dicti fuerunt, qui à Corintho exules  
 in Siciliam deuenere. Ouid. 3. Metam.

Bacchides, viri proprium, interp. luctus fortis.

Bacchides, ducis proprium, qui Sinopem urbem  
 Lucullo prodidit. Strab. lib. 12.

Bacchio, flu. qui de Vicentinis montibus defluit.  
 Vulg. Bacchillone.

Bacchina, insula Smyrnæ adiacens. Plin. lib. 5.

Bacchis, ciuitas est Aegypti iuxta Mæridis lacu.

Bacchius, gladiatoris nomen. Suet. in Augusto.

Bacchus, filius Iouis ex Semeli Cadmi filia.

Bacchius, apt. Baccho, id est, ebrius sum, & clamo.

Bacchus, deus vini habitus, quod primus vini vsum  
 inuenisset. vnde sæpe pro vino ponitur.

Baccheius, Bacchæus Bacchus. a. um. adiectiu.

Bacchus, martyris nomen, qui sub Diocletiano ad  
 Euphratem, cum Sergio passus est. Volat.

Bacchiale, ciuitas Syriæ in Castotide regione. Pli.

Bactra, orum. Scythiz prouincia ultra Assyriam.

Bactra, orum. ciuitas Metropolis Bactrianorum.  
 Vulg. Epha.

Bactri, sine Bactriani, populi Scythiz finitimi. Ho-  
 die Zagatai dicuntur.

Bactrianus. a. um. adiect. quod ex Bactris.

Bactros, fluuius est Bactrianæ regionis. Luc. 3. He-  
 rod. lib. 7.

Bacuatæ, populi sunt Mauritaniz Tingintanz.

Bacuri, & Bacyriani, gens Partis Medis vicina:  
 Steph. (Volat.)

Badacum, ciuitas est Noricorum, sine Barbarum.

Badias,

- Badias, ciuitas Arabiæ felicis mediterr. Pto.  
 Bades, flu. est Syriæ iuxta, quæ sepultus est Mênô.  
 Badatium, oppidum in Taurica regione. Pto.  
 Badel, ciuitas est Mauritanie Cæsariensis. Pto.  
 Badei regia, opp. Arabiæ felicis. Pto.  
 Badia, opp. est Hisp. Valerio.  
 Badiath, ciuitas Lybiæ interioris. Pto.  
 Badiza, ciuit. est Britannia. Steph.  
 Ba, mons est Cephalonia. Steph.  
 Becilia, ciuit. est Iberiæ. Steph.  
 Babe, ciuitacula est Cariæ regionis. Steph.  
 Bæcula, ciuit. Anthetanorum in Hispania. Pto.  
 Bænis, flu. Lusitaniæ. Strab. lib. 3.  
 Bænum, opp. est Arabiæ felicis. Pto.  
 Barba, opp. Hispania.  
 Besippo, opp. est Hisp. Bericæ.  
 Besampsa, ciuit. est in sinu Arabico. Steph.  
 Bætica, tertia pars Hisp. sic à Bæti flu. dicta. Vulg.  
 Andalazia.  
 Bæticus, a. um. adiect. vt color Bæticus, hoc Hisp.  
 Bætira, vrbs Gallia Narbonensis. Pto. Vul. Buliers.  
 Bætis, flu. Hisp. à quo Bætica prouincia dicta. Vul.  
 Guadalquivir.  
 Bæticola, æ. pen. corr. accola Bætis flu. Sil.  
 Bætulon, fluius Hisp. Tarraconensis. Ptol. Vulgo  
 Becon.  
 Bagadonia, pars Macedoniæ, maxima australis. Ste.  
 Baganum, Neruiorum ciuit. Pto. Vul. Tornai.  
 Bagaze, ciuit. est Lybiæ interioris. Pto.  
 Bagoas, spado turpiter ab Alexandro Magno ad-  
 matus.  
 Bagrada, Numidiæ, flu. qui iuxta Uticam labitur.  
 Bagrauanden, regio maioris Armeniæ. Pto.  
 Bata, arum. portus in ora maritima Campaniæ.  
 Baianus, a. um. vt Baiana. Strab.  
 Baianus sinus, Baianus portus, Baianus lacus. Liga-  
 gni di Tripergola.  
 Bairon, historicus scripsit breuiarium rerum ab Ale-  
 xandro gestarum. Suid.  
 Baius, Vlysis socius in Campania sepultus. Ser.  
 Bai, quod & Baal, lingua Punica deus dicitur.  
 Bala, viri proprium, qui ab Alexandro pugna supe-  
 raro è vulnere obiit. Strab. lib. 15.  
 Balandea, opp. Syriæ, huiusmodi procul à Laodicea. Stra.  
 Balanus, nomen est vbis in Epiro.  
 Balari, populi Moitanorum, qui speluncas inha-  
 bitabant. Strab. lib. 5.  
 Balatæa, ciuit. est Arabiæ desertæ. Pto.  
 Balaceni, pop. sunt Corsicæ insulæ maris nostri.  
 Balatro, viri proprium. Horat. 2. Ser. Satyra. 8.  
 Balbia, siue Babia, ciui. It. Iliæ, vnde vina Bæbiana.  
 Baluina, virgo Rom. sub Traiano passa est. Volat.  
 Balbura, opp. Lyciæ in Asia minori. Steph.  
 Balceia, ciuit. in Propontide. Steph.  
 Baldraca, puella obscuri generis, qui sui corporis  
 copiam recusauit Othoni imp. Volat.  
 Balearis, insule duæ maris nostri, Græcis Gymne-  
 siæ dictæ. Plin. lib. 3. c. 5. (que.  
 Baleares insule nunc dicuntur Majorque, & Minor-  
 Balearis, & Balearicus a. um. adiectiua.  
 Pausias, nomen pictoris Scyonij. Plin. li. 35. c. 11.  
 Pausiacus, um, Horat. Vel cum Pausica, torpes in-  
 sane tabella.  
 Pausilippum, mons est Campaniae prope Neapo-  
 lim. Vul. Monte Pausilippo.  
 Pausilypum, ab amoenitate dicitur, & adhuc no-  
 men retinet. Plin. lib. 3. cap. 53.  
 Pausinus, opp. est in Illyrico. Plin. lib. 3. c. 21.  
 Pausalani, pop. sunt in Piceno. Plin. lib. 3. cap. 13.  
 Pax Iulia, ciu. est Lusitaniae. Plin. Vulg. Badajoz.
- P A N T E E
- Pechini, pop. sunt Aethiopiae sub Aegypto. Ptol.  
 Peda, opp. est Larij, quod interijt. Plin.  
 Pedæus fuit Antenoris filius nothus. Hom. 5. Iliad.  
 Pedalia, opp. est Ciliciae. Plin.  
 Pedalium, opp. est in Cyro insula. Ptol.  
 Pedalium promont. est Cariae. Plin. lib. 5. cap. 27.  
 Pedalis, ciuitas est in Peloponneso. Ptol.  
 Pedana, regio est non procul a Roma, dicta ab op-  
 pido, Pedito.  
 Pedasus, Bucolonis maximi aliorum Laomedon-  
 tis filius. Hom. lib. 6.  
 Pedasus etiam vnus fuit equorum Achillis, quem  
 praeter ceteris comitem habebat. Hom. Iliad. 16.  
 Pedasus, oppidum est Aeolidis, quod Adrymiceos  
 Plin. lib. 5.  
 Pedasus, ciu. Pylo vicina, vini feracissima. Homer.  
 Iliad. lib. 9.  
 Pedasus, opp. fuit Heliarnasso contributum. Plin.  
 Pediculi, pop. sunt in Italia. Plin. lib. 3. c. 3.  
 Pedicis, vrbs Cariae, gentile Pedijtae. Steph.  
 Pedna inf. est adiacens Lesbo. Plin. lib. 5. c. 37.  
 Pedinilissus, vrbs Siciliae, gentile Pedinilissus. Ste-  
 phan.  
 Pedito, poeta tempore Augusti & Neronis.  
 Pedonia, villa est praefecturae Libycae in Aegypto.  
 Ptolem.  
 Pegasa, opp. est Cariae. Plin. lib. 5. cap. 28.  
 Pegase, oppidum est Thessaliae, quod postea Deme-  
 trias. Stephan.  
 Pegasus, equus alatus, quo vsus est Perseus & Bel-  
 lerophon.
- Pegaseus, a, um, adiectiu. vt gradus Pegaseus, id est  
 celerrimus.  
 Pegenus, Nnoriconum flu. Vulg. Pegeniz.  
 Pegone, portus est Troezinorum Herod. lib. 8.  
 Pela, inf. est contra Ephesum prope Chion. Plin.  
 lib. 5.  
 Pelagia, septem insulae in Sachalite sinu. Steph.  
 Pelagonia, regio est Siciliae, gentile Pelagoneus.  
 Stephan.  
 Pelagonia, regio est finitima Macedoniae. Plin. lib. 4.  
 Pelagones, pop. sunt illius regionis.  
 Pelana, ciu. est in Peloponneso. Strab. lib. 8.  
 Pelasgi, pop. sunt in Latio antiquo. Plin. lib. 3.  
 Pelasgia, prius dicta, quae postea Peloponnesus.  
 Vulg. Morea.  
 Pelasgia, regio Graeciae, olim Thessalia dicta.  
 Pelasgia, inf. prius dicta, quae postea Lesbos. Plin.  
 lib. 5. cap. 13. Vulg. Merelin.  
 Pelasgia quoque Straboni ponitur in Thessalia.  
 Pelasgia, cognominata est aliquando Arcadia. Plin.  
 lib. 4.  
 Pelagiota, pop. sunt Macedoniae. Ptol.  
 Pelasgicus est in Macedonia. Ptolem. Vulg. Golfo  
 del Volo.  
 Pelasgi, vna litera immutata, quasi Pilargi, id est ci-  
 coniae dicti sunt.  
 Pelasgi, inops genus hominum est errantium per  
 totam Europam.  
 Pelasgi, quorum dux Euander, literas in Italiam ad-  
 duxerunt. Plin.  
 Pelasgi, a Iouis filio ducunt originem, siue a Peleo  
 Neptuni filio.  
 Pele, nomen duarum ciuitatum Thessaliae, quarum  
 vna Eurypilo, altera Achilli parebat, Steph.  
 Pele, parua insula quaedam, gentile Peleus. Steph.  
 Pelemena, lacus est in Alpibus. Strab.  
 Pelendones, pop. sunt citerioris Hisp. Ptol.  
 Pelastini, pop. sunt Vmbriae in Italia. Plin. lib. 3. c. 14.  
 Pelethronij, dicti sunt Lapithae, a loco qui subie-  
 ctus est Pelio monti, ab eo quod magna vis me-  
 dicamentorum ibi nascatur. Virg.  
 Pelethronium, opp. est Thessaliae. Strab. lib. 7.  
 Pelethronius, primus qui frenos, & strata equorum  
 inuenit.  
 Pelethronius, a, um. Virg. Fete Pelethronijs nubes  
 Peleus, Aeaci regis filius, Achillis pater. Ouid.  
 Pelides, patronymicum, a Peleo dictus est Achil-  
 les a Peleo patre. Ouid.  
 Pelias adis, f. g. asta, qua Achilles utebatur, quam  
 nemo praeter ipsum ob magnitudinem vibrare  
 poterat.  
 Peliada, ciuitas est Mesopotamiae, Ptol.  
 Pelias, g. filia Neptuni ex Tyro nympa, Salomonei  
 regis filia, patruus Iasonis.  
 Peligni, pop. sunt Italiae Maris finitimi.  
 Pelignum, oppidum Sabinorum, ex quo Ouid. du-  
 xit originem.  
 Pelignus, a, um, Mart. Malsica, Peligni mittunt  
 turbata coloni.  
 Pelinna, opp. est Thessaliae. Plin. lib. 4. cap. 4.  
 Pelion, siue Pelios, mons est Thessaliae, Hero-  
 dot. lib. 7.  
 Peleon, ciu. Illyriae, gentile Pelenus. Steph.

- Peliacus**, a, um, adiect. Ouid. Peliacæ stern. bat cupidis icu.
- Pelias**, adis, à Pello monte. Ouid. Peleis hasta tulit.
- Pella**, colonia est Macedonię in littore maris Aegęi Liulo, quæ prius Bunomis & Bonoma.
- Pellæa**, gula pro delicijs Macedonicis. Mart. lib. 13.
- Pella**, ciuit. est Syriæ curuz. Ptol. quæ & Berenices.
- Pellæus**, a, ū, adiect. à Pella, vt diadema Pellæū. Luc.
- Pellana**, ciuit. est Arcadiæ. Plin. lib. 4. c. 6.
- Pellenzorū**, castellum est in Achaia. Plin. lib. 4. c. 3.
- Pellenzus**, mons est Chij insulæ. Pli. li. 5. c. 31. & Str.
- Pellenc**, opp. est in Achaia. Ptol. à quo Pellenzi.
- Pelon**, opp. est Peloponnesi. Strab.
- Pelonium**, opp. est Longonum in Hispania. Ptol.
- Pelope**, vicus Liayæ iuxta Phrygiam, gentile Pelopeus. Steph.
- Pelopea**, filia Thyestis, ex qua Thyestes pater Aegyptum sustulit, vt edoctus erat ab oraculo.
- Pelopeius**, a, um, nomen possessiuum à Pelope.
- Pelopidus**, Lacedæmonius vir clarif. cuius vitam describit Plut.
- Peloponnesus**, quasi Pelopis insula, regio Achaia.
- Peloponnesus**, inter duo maria sita est, scilicet Aegæum & Ionium.
- Peloponnesus**, prius Apia & Pelasgia dicta, nunc Morea.
- Peloponnesiacus**, a, um, ab eadem. Plin. circa Peloponnesiacum bellum.
- Pelops**, filius Tantali Phrygum regis fait, à quo Pelopidæ, dicti qui à Pelope originem duxere.
- Pelorus**, prom. est Siciliæ contra Italiam. Sallu.
- Peltæ**, ciuit. est Phrygiæ magnæ. Ptol.
- Pelteni**, pop. sunt conuentus Apamiensis. Plin.
- Peluinates**, pop. sunt Vestinorū in Italia. Plin.
- Pelus**, ins. iuxta Chium, gentile Pelusis. Steph.
- Pelusium**, opp. est in sinibus Aegypti & Arabiæ.
- Pelusiacum**, ostium Nili, quod est iuxta Pelusium.
- Pelusiacus**, a, um, Virg. Nec Pelusiæ curam aspernabere lentis.
- Pelusius**, a, um, Mart. accipe Niliacam Pelusia mune ra lentem.
- Pelusiiana mala**, legimus apud Columell. lib. 5. c. 10
- Pelusio**, a, pop. Pelusium habitantes. Gell.
- Pempte**, vrbs Aegypti, inde Pemptites, ciuis & præfectura Pemptitis. Steph.
- Penates**, omnes dij qui domi coluntur. Seru.
- Peneleus**, vnus fuit è quinque Bœotorum ducibus. Hom.
- Penelope**, Icarī filia, & Vlyssis vxor, a qua Penelopæus, a, um, adiect. vt Fides Penelopæa. Oui.
- Peneus**, flu. est Thessaliæ inter Olfam & Olympum decurrens. Plin. lib. 4. c. 8.
- Peneius**, a, um, adiect. vt Arua Peneia. Ouid.
- Pentadactylus**, mons est Aegypti. Ptol.
- Pentademira**, pop. sunt Asiæ propria. Ptol.
- Pentapolis** regio inter Palæstinam & Arabiam.
- Pētapolis**, a. 5. ciui. appellata, vbi Sodoma & Gom.
- Pētapolis**, regio in Cyrenaica, a. 5. ciuitatib. Pli. li. 5.
- Pentele**, vicus in tribu Antiochida. Steph.
- Penthesilea**, Amazonum regina, quæ Orithyæ successit. (cisa est.)
- Penthesilea**, cum Troianis opē ferret ab Achille oc
- Pentheus**, filius Echionis ex Agaue filia Cadmi.
- Penthylus**, vir qui à Papho naues. 12. in Xerxis auxilium eduxit. Herod. lib. 7.
- Peoples**, pop. sunt Thraciæ super Pangæum habitantes. Plin. lib. 4.
- Peparethus**, inf. vna è Cycladibus. Steph.
- Pephnon**, vrbs Laconia, hinc Pephinius. Steph.
- Pera**, vrbs Piliadiæ, gentile Pepæus. Steph.
- Peræa** vltior, Iudææ pars, quæ trans Euphratem est. Strab.
- Perææ**, pop. sunt in agro Corinthiensi.
- Perantia**, vrbs Aetoliæ. Steph.
- Perce**, antiquum nomen Thraciæ. Steph.
- Percepe**, ciui. iuxta Pontum, quæ Troianis auxilia misit. (simus.)
- Percecius**, Troianorum amicus, vates longe peritif.
- Perdicus Macedo**, vnus fuit successorum Alexand. Mag.
- Perebi**, siue Perrebi, pop. sunt Thessaliæ.
- Perga**, ciuit. est Pamphiliæ mediterranea. Ptol. Vulgo Pirgi, à qua
- Pergæa**, Diana propter templum illi dicatum dicta est. Pomp.
- Pergæus**, a, ū, à Pergæa, vnde Apollonius Pergæus.
- Pergama**, orum, dicuntur arces Troianæ, & ipsa Troia. Virg. Vastabant Pergama reges.
- Pergamus**, i, ciui. eadem. Virg. excisa est ferro Pergamus.
- Pergamum**, opp. est clarissimum Asiæ minoris.
- Pergamenus**, a, um, à Pergamo ciuitate Asiæ, vnde charta Pergamena dicta, quod ibi inuenta sit.
- Pergamum**, opp. est Thraciæ Chersonesi. Ptol.
- Pergamum**, opp. est Cretæ mediterr. Plin. lib. 4.
- Pergantiū**, vrbs Liguū, gentile Pergantius. Steph.
- Pergase**, vicus in Brechteide tribu. Steph.
- Pergus**, lacus est Siciliæ. Clau. lacus Pergum dixere Sicani.
- Pergusa**, lacus idem Siciliæ. Oui. in Fast. & Metam.
- Periander**, Corinthiorum rex, vnus è. 7. sapiētibus.
- Periandri**, dictum est, iram comescere. Diog. Suid.
- Peribœa**, filia fuit Eurymedontis Naulithoi mater.
- Pericionius**, Baccheus cognominatus. Lil. Synt. 8.
- Pericles**, vir Atheniensis, qui Remp. 40. annis gubernauit. Cic. in Bruto. (Hor.)
- Perielimenes**, filius fuit Nelei, & frater Nestoris.
- Periebedi**, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
- Petillus**, faber Athenensis, quæ Phalaris in tauro greco, quem fontibus fabricauerat, exuri iussit. Plin.
- Perimula**, promont. est Indiæ. Plin. lib. 6. c. 20.
- Perinthus**, opp. est Thraciæ in Propontide. Vulgo Heraclia.
- Perinthij**, Perinthi, ciuitas incolæ. Herod. lib. 5.
- Perinthius**, a, ū, vnde Perinthia, Menædri comœdiæ
- Perion**, flu. iuxta Indicum sinum. Steph.
- Periope**, vrbs est Helleponti. Herod. lib. 5.
- Peripatetici**, philosophi erant Athenis, de quorum origine. Cic.
- Periphanes**, nomen est Comici Græci.
- Periphanes**, nomen viri apud Virg. 2. Aeneid.
- Perirheusa**, inf. est contra Ephesum. Plin. lib. 5. c. 31.
- Peristere**, vrbs Phœnicū, gentile Peristerites. Steph.
- Periste rides**, inf. sunt prope Smirnam. Plin. lib. 5.
- Perithœde**, vicus in tribu Oenei. Steph.
- Permissus**, flu. Bœotiæ ex Helicone cadens. vnde Permissus.



- Permissus, a, um, Claud. Fons Aganippea Permissus educat vnda.
- Permissiacus, a, um, Martian. Ne Permissiaci gurgitis.
- Pero, filia fuit Nelei, & soror Nestoris. Hom.
- Peronticum, opp. est Thraciæ Ptol.
- Perorbi, siue Perori, pop. Aethiopum in sine Mauritanix.
- Pepereni, pop. sunt Asiæ euentus Pergameni. Plin.
- Peperena, opp. est Acolidis. Plin. lib. 5. c. 30.
- Perrhebi, siue Perebi, pop. sunt Epiri. Plin.
- Perrhebus, a, um, res ad Thessaliam pertinens.
- Perseis, nympa Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
- Persehone, ea est quæ à nostris Proserpina dicitur.
- Persepolis, vrbs est Persici regni caput. Trog. li. 1.
- Perfes, filius fuit Persei ex Andromeda.
- Perfes, rex Macedonũ, de quo Aemulus triũphauit.
- Perfes, vates Aferus, Hesiodi poetæ frater. Suid.
- Perfes, Solis & Persei filius, rex Tauricæ regionis.
- Perseus, filius Iouis & Danaes, Gorgonas deuicit, de quo multa alia præclara gesta narrantur.
- Perseus, vrbs Attica, & portus eiusdem nominis. Ste.
- Persei, specula in Aegypto. Herod. lib. 2.
- Perseis, idis patronymicum a Perseo Oui. de Poro.
- Persia, regio Orientalis, eadem quæ Persidis, idis.
- Persæ, pop. Persiæ regionis incolæ. Cic. in Tusc.
- Persis, idis, regio Asiæ Orientalis, eadem quæ Persia.
- Persis, a Persia, gentile de muliere, nam de viro Perfes dicitur. Steph.
- Persicus sinus, qui Persidi regioni adiacet. Plin.
- Persicus, a, um, quod ad Persiam spectat, vt regnum Persicum.
- Persicus, aliquãdo pro diuite & opulento capitur, a Persarũ luxu & diuitijs. Horat. Persicos odi puer.
- Persica mala, dicta sunt quod ex Persia primum allata snt. Plin. lib. 13.
- Persius Flaccus, poeta Rom. doctissimus. Cic. de oratore.
- Perra, cini est Bizenorum in Galatia. Ptol.
- Perus, siue Porus, flu. est Peloponnesi. Strab.
- Perusium, ij, siue Persia, a, Hetruriæ in Italia ciuit. quæ nunc Perusi.
- Perusij portionem, Griphonij Armeni cõdiderunt. Berof. (piam.)
- Perusiam alteram, Turrhenus Mæon condidit. Ap.
- Perusiam tertiam, duce Vibio Achao conditam ait Iustinus.
- Perusia, lapide exciso monstrantur, itaque Perusia tripolis est.
- Pescennius, vir Ciceroni perbenecolus. Cic. ad Terentiam. lib. 14. famil. 4.
- Pescici, pop. sunt Asturum in Hispan. Plin. li. 3.
- Pessida, ciuitas est Libiæ interioris. Ptol.
- Pessimus, antis, opp. Phrygiæ in Asia. Strab. lib. 12.
- Pessiauntia, dea Cybeles deorũ mater, ex Grecia in Romam translata. Vide Herodianum, lib. 1. histor. Arnobium, lib. 2. aduersus gentes, Philena hæc etiam, dea dicta est, Alex. lib. 6. c. 4.
- Pessinuntius, matris magnæ sacerdos. Cic. de arusp.
- Pesium, opp. est in Iazygibus Metanastis. Ptol.
- Pestum, opp. est Campaniæ a Græcis dictum Possidonia. Vulg. Policastro.
- Pestanus, a, um, Tãtaque Pestani gloria ruris erit, Pestanus, sinus est mari adiacens Lucaniæ. Vul. Golfo Agropolitano, en Basilicata.
- Pesus, opp. est in Hellesponto. Herod.
- Petalix, insulæ sunt in Eripo Euboico. Plin. lib. 47.
- Petalus, viri proprium. Ouid. Petalus ridens Stygijs cano cætera dixit.
- Petanomium, opp. est superiorum in Hispan. Ptol.
- Petenisus, opp. est Galatiæ. Ptol.
- Peteon, opp. est Bœotiæ. Plin. lib. 4. c. 7.
- Petilia, opp. est Italiæ in sinu Scyllaceo. Vulg. Bellacastro en Calabria.
- Petosiris, Aegyptius mathematicus insignis. Plin. li. 7. c. 49. & lib. 2. c. 23.
- Petra, opp. Arabiæ Nabathæorum metropolis, vnde Petra, Arabiæ pars nuncupatur. Strab. lib. 16.
- Petra, opp. est Siciliæ prope Hyblum. Ptol.
- Petrea, idem quod Petra, opp. Siciliæ.
- Petræ, Syrenum vrbs est Lucaniæ. Plin. lib. 3. c. 4.
- Petra coracos, id est, corui locus in Ithaca. Hom.
- Petra, locus est prope Dirrachium.
- Petra, promont. est ad sinum Arabiæ.
- Petræ magne, & Petræ parue portus Aegypti. Ptol.
- Petera, nympa Oceani & Tethyos filia.
- Petreus, dux Pompeianus a Cæsare in Hispania superatus, vt scribit Cæs. in comm.
- Petini, pop. sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3.
- Petinum prædium, est prope Sinuesam Horat.
- Petrocorij, pop. snt Galliæ Aquitanicæ. Vul. Pierregort.
- Petrodau, ciuit. est Daciæ. Ptol.
- Petronia, flu. in Tyberim per petras defluens.
- Petronia, vxor Vitellij Romanorum Imperatoris.
- Petroni<sup>9</sup> Aegypti præfectus ab Augusto missus. Ste.
- Petronius Granus, Centurio octauæ legionis, sub Cæsare bello Gallico militans. Plut.
- Petronius alius, qui Aelij beneficio ex humili loco ad equestrem ordinem pertenerat. Val.
- Petronius item, pater Vespasiani Cæsaris.
- Petronius Perpenna, qui Constantinas thermas in pristinum splendorem restituit.
- Petronius Diodorus, medicus, scripsit antilegomena. Plin. lib. 8. c. 20.
- Petrosaca, parua regio Arcadiæ, gentile Petrosacæus. Steph.
- Petrosa, inf. Ciliciæ, gentile Petrosacæus. Steph.
- Petrosus, campus est in prouincia Narbonensi. Str.
- Petuaris, ciuit. est Britanniæ insulæ. Ptol.
- Peuce mons est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
- Peuce, inf. Borealis in primo Istri fluuio ostio. Plin.
- Peucetij, pop. sunt in Illyrico. Plin. lib. 3. c. 21.
- Peucetij, pop. sunt in Apulia. Strab. lib. 6.
- Peuceria, regio est, quam incolunt Peucetij. Vulg. Tierra de Barri.
- Peucetius, a, um. Ouid. lib. 4. Peucetiofque sinus.
- Peucini, pop. sunt Germaniæ. Plin. lib. 4. c. 14.

## P A N T E H.

- Phabiã, vrbs est Celtogaiatarum, gentile Phabiatæ. Steph. (Bremen.)
- Phabiranum, oppi. est Germaniæ magnæ. Pto. Vul.
- Phacion, opp. Thessaliæ gentile Phaciacus. Steph.
- Phacusa, ciuitas est metropolis Aegypti. Ptol.
- Phæa, proprium nomen suis Cremyoniæ. Steph.
- Phæacia, insu. maris Ionij, quæ postea Coreyra. Vulgo. Corfu.

- Phæaces, pop. sunt illius habitatores.  
 Phæacus, a, um, & Phæacius, a, um, res ad Phæaciâ pertinens.  
 Phæax, filius fuit Neptuni & Corcyre. Step.  
 Phædimus, filius Amphionis & Niobes Ouid.  
 Phædon Atheniensis, in conuiuio a triginta Atheniensium tyrannis necatus fuit.  
 Phædon alius Elidenſis Socratis auditor. Gel. li. 2.  
 Phædra, fuit regis Minois ex Pâſippe cõiuge filia.  
 Phædeus, vnus fuit diſcipulorum Platonis.  
 Phædynia, Otantis nobilis Pêrfæ filia. Herod. li. 4.  
 Phæniana, Rhætiæ vrbs, quæ hodie Bebenhufen.  
 Phæstum, ciui. est Eſtiotarum in Macedonia.  
 Phæstum, opp. est Cretæ mediterraneum. Plin. li. 4.  
 Phæstum, opp. est Locrorum Ozolarum. Plin. li. 4.  
 Phæstius, a, um, Ouid. Nam quondâ Phæstia regna.  
 Phæstias, dij, idem, inter Phæstiaſtes quæ laudatiſſima forma.  
 Phæstus, fuit Bori Mæonij filius, ab Idomeneo interfectus. Hom. Iliad. 5.  
 Phæstus, mons Cretæ circa Cortinam urbem. Step.  
 Phaeton, dictio trisyllaba, dicitur Solino & Seruio.  
 Phaeton, Ligerum rex fuit vetustissimus, cuius mltæ in Hetrusco littore coloniæ.  
 Phaeton alius, Iouis & Clymenes filius. Cat.  
 Phaetontiaſtes, Clymenes & Solis filia dicuntur.  
 Phaetoniſſus, a, um, & Phaetonteus, a, ũ, a Phaetone  
 Phaetusa, Solis filia ex Neæra nympha, soror Lampetiæ. (pisc.)  
 Phago, vir insignis voracitatis & gulositatis. Vo.  
 Phages, vrbs Thraciæ, gentile Phagesius. Steph.  
 Phalacra, opp. est mediterraneum Cyrenaiçæ. Ptol.  
 Phalacra, cacumen Idæ, in quo propter niuem nihil prouenit, sed caluim est. Step.  
 Phalacrium, promontorium est Siciliæ. Ptol. Vulg. Rafaculmo.  
 Phalacrium, Solino dicitur Phalantium.  
 Phalacrium, prom. est Corcyræ inf. Plin.  
 Phalagni, opp. est Arabiæ felicis. Ptol.  
 Phalacrus, fuit Acoli filius. Hom. 10. Odyſſeæ.  
 Phalanchia, ciui. est Macedoniæ. Ptol.  
 Phalangis, mons est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.  
 Phalamæa, vrbs Cretæ, cuius Phalamæus. Step.  
 Phalantis, dux fuit eorũ, qui Tarétum condiderunt.  
 Phalantus, vrbs & mons Arcadiæ a Phalanto. Step.  
 Phalara, ciui. est Atticæ in sinu Maliaco. Plin.  
 Phalaris, Agrigétinorum fuit tyrannus in Sicilia.  
 Phalaris quoq; Grâmaticus fuit, cuius meminit Cic.  
 Phalafarna, opp. est Cretæ. Strab. lib. 10.  
 Phalasia, promont. est Eubœæ insulæ. Ptol.  
 Phalera, portus est Atticæ regionis. Plin. lib. 4. c. 7.  
 Phalericum, mare est in eadem Attica.  
 Phalerij, pop. sunt in Italia a Phalerio Argiuo. Sol.  
 Phaleron, vicus & nauale Atticæ incola Phalerus. Steph.  
 Phalesma, opp. est Thraciæ regionis. Plin. lib. 4.  
 Phaliscæ, portus Hetruriæ. Vulg. Monte Flaſco.  
 Phaliscus, vicus Romæ est. Fabio Piçt. (Sol.)  
 Phaliscæ, regio in Italia quoque a Phalisco Argiuo.  
 Phallana, opp. est Magnesiæ. Plin. lib. 4. c. 9.  
 Phalora, vrbs Theſſaliæ, inde Phalorenſis. Step.  
 Phames, mons est in Arabia felici.  
 Phamizô, vicus Amascæ, incolæ Phamizonitæ. Ste.  
 Phanca, est ciui. Mediæ regionis. Ptol.  
 Phaneus, mons est in promontorio Chij vitibus cõſitus, sic è Phaneo rege dictus. Seru.  
 Phaneus, promont. Chij inf. Vulg. Cabo Maſſico.  
 Phanagoria, ciuitas est iuxta Bosporum Cimmericum. Ptol. gentile Phanagorites.  
 Phanagoria, campus est in Cappadocia. Ptol.  
 Phanaſpa, ciuitas est Mediæ. Ptol.  
 Phandana, ciui. est Armeniæ maioris. Ptol.  
 Phanes, vir Halicarnasseus, de quo aliqua Hero. li. 3.  
 Phanelij, pop. in insulis Septentrionalibus, habent aures adeo effuſas, vt reliqua viſcera contegant illis. Soli.  
 Phaniſſus, libertus Appij Pulchri. Cic. in Epist.  
 Phanoteus, vrbs Phocidis, gentile Phanteis. Step.  
 Phantia, vrbs Troadis, a Cumanis condita. Step.  
 Phanturites nomos, præfectura est Thebaidis. Plin.  
 Phao, iuuenis mortalium omnium formosissimus a Sapho Poetria adamatus. Ouid.  
 Phara, opp. est Arabiæ Petree. Ptol.  
 Phara, lacus est Iudeæ. Solin.  
 Phare, arum, opp. est Cretis. Plin. lib. 4.  
 Pharambara, opp. est Mediæ. Ptol.  
 Pharan, vrbs inter Aegyptum & Arabiam. Step.  
 Pharanite, pop. sunt Arabiæ Petree. Ptol.  
 Pharao, nomen fuit dignitatis regum Aegypti. Euseb. Nam Pharaonis, nomen regem ſignificat.  
 Pharaſtia, opp. est Mediæ. Ptol.  
 Pharaſtha, opp. est Arabiæ felicis. Ptol.  
 Pharaſthus, vrbs Galiliæ, gentile Pharaſtonites. Ste.  
 Pharyx, vicus est Syrius magnæ in Africa propria. Ptol.  
 Pharaſtinata, plâga est in Aegypto. Ptol.  
 Pharæos, ciui. est Aegypti metropoliſ. Ptol. vnde  
 Pharaſatites nomos, præfectura in Aegypto. Ptol.  
 Pharbelus, vrbs Eretrienſis, gentile Pharbelius. Steph. (Steph.)  
 Pharcedon, vrbs Theſſaliæ, gentile Pharcedonius.  
 Pharga, ciui. est Arabiæ deſerte. Ptol.  
 Pharia, inf. est contra Dalmatiam & Iaderam. Vulg. Leſi.  
 Pharia, ciui. est Dalmatiæ, a qua Pharienſes.  
 Pharij, in Aegypto, ſicut in Africa Pſylli, in Italia Mar.  
 Pharis, vrbs Laconiæ, ciues Phariſitæ. Steph.  
 Phariſeus, nomen ſecte religioſe Iudeorum.  
 Pharmacotrophi, pop. ſunt Aſiæ. Plin. lib. 6. c. 26.  
 Pharmacuſa, inſul. est vna è Cycladibus. Plin. li. 4.  
 Pharnacia, ciui. est Ponti Cappadocum. Ptol.  
 Pharna, filius Mithridatis regis Ponti a Cæſare victus. Lucio Floro.  
 Pharos, inf. parua Aegypti contra Alexandriâ. Vul. Faro.  
 Pharos, inf. in Illyrico pelago. Vul. Leſena.  
 Pharos, turris nominatiſſima in ea a Ptolomæo rege facta.  
 Pharius, a, um, a Pharo. Luca. Pharios hinc concute reges. (cap. 17.)  
 Pharphatiades, portio est montis Tauri. Plin. lib. 5.  
 Pharfalos, ciui. est in Theſſalia, a qua  
 Pharfalia, dicitur tota Theſſalia. Luc. Diros Pharfalia campos.  
 Pharfalos, opp. est in Peloponneſo. Strab. lib. 8.  
 Pharfalici,

- Pharſalici, campi in Theſſalia a Pharſalo oppido ap-  
pellati, quod ſitum eſt in ripa flu. Oeniſpei.
- Pharuſij, pop. ſunt Libyæ interioris. Ptol.
- Pharybus, fluuius eſt Macedoniæ. Ptol.
- Pharyeadon, opp. eſt Theſſaliæ. Strab. lib. 9.
- Pharygium, opp. eſt in Phocide. Strab. lib. 9.
- Phaſca, opp. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
- Phaſelis, opp. eſt Pamphylia in monte ſitum, & à  
Mopſo conditum. Pomp. lib. 1. c. 14. Piratarum  
olim perſugium. Cic. act. 6. in Verr.
- Phaſelis, ciui. eſt Iudææ ab Occaſu Iordanis. Ptol.
- Phaſelus, Hieroſolymæ præfectus, ab Antipatro He-  
rodis filio. Anno vrbs 710. Ioseph.
- Phaſelus, Antipatri eſt Cypri de filijs Herodis, Iu-  
dææ regis nepos. (ſue. 13.
- Phaſga, nomen montis Moabitarum. Num. 21. Io-  
Phaſcluſſæ, duæ inſulæ Libyæ prope Sirim fluuiū.
- Phaſis, flu. prægrandis in Colchide regione, ex Ar-  
menia montibus naſcens, & in Pontum Euxiniū  
illabens. Plin. lib. 6. c. 4.
- Phaſis quoque, ciuit. eſt Colchidis. Plin. lib. 6. ca. 4.  
Vul. Faſſo.
- Phaſiacus, a, um. Ouid. Quid te Phaſiacæ inuenerūt  
gramina terræ.
- Phaſias, adis, idem, Phaſias è telis fixa puella meis.
- Phaſianæ, vaccæ puſillæ ſunt, Ariſt. de animali. li. 3.
- Phaſtæa, vrbs in Sacis, gentile Phaſtæus. Steph.
- Phateruſſos, inſu. eſt prope Thraciam Cherſonne-  
ſum. Plin.
- Phauna, pop. ſunt Scandia maioris.
- Phauſya, ciui. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
- Phazaca, ciui. eſt Media regionis. Ptol.
- Phazania, regio eſt Aethiopia ſub Aegypto. Ptol.
- Phebol, inſ. iuxta Arabicum ſinum. Ariſt. de Mundo
- Phea, vrbs prope ſuenta Iordanis. Hom. 7. Iliad.
- Pheate, inſ. contra Ephelſum. Plin. lib. 5. c. 31.
- Phegæa, vicus in tribu Aegeide, & alius in tribu Pá-  
dionide. Steph.
- Phegea, vrbs Arcadia, a Phege rege Phoronei fra-  
tre condita. Steph.
- Phegeus, pater fuit Alpheſibœæ, vxoris Alcmee-  
nis. Ouid. 9. Metam.
- Phegor, lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit  
Hieronymus contra Iouinianum.
- Phelis, opp. eſt Lycia. Ptol. Vulg. Fello.
- Phelluſa, inſ. eſt adiacens Leſbo. Plin. lib. 5. c. 31.
- Phemonoe, virgo prima Apollinis Delphici dicitur  
ſuiſſe Pauſan.
- Pheneum, opp. eſt Arcadia. Plin. lib. 4. c. 6.
- Pheneatæ, pop. qui Pheneum opp. incolunt. Cic.
- Pheneum, lacum Arcadiae deſcribit Oui. 15. Meta.
- Pheacis, flu. Arcadia in Alphæum deſtuet. Plin. li. 4.
- Pheraulas, vir quidam fuit, qui ex paupere ciues a Cy-  
ro factus, vide Xenoph. lib. de Cypri prædia. 8.
- Phere, opp. eſt Theſſalia. Plin. lib. 4. c. 8.
- Phere, opp. quoque eſt in Meſſenia. Plin. lib. 4. c. 5.  
Vulgo. Ceramidi.
- Pherecides, philoſop. & poeta tragicus ex Scyro in  
ſula primus dixit animos hominum ſempiternos
- Pherecides alius, Athenienſis philoſophus ſuperio-  
re antiquior, militauit ſub Alexand. Magn.
- Pherecides alius, Lercus genere hiſtoricus. Suid.
- Pherecides, a, um, adiect. quod eſt Pherecidis. Cic.
- Phereclus, filius fuit Harmonidis, qui Paridi naues,  
quibus ad rapiendam Helenam uſus fuit, fabrica-  
uit. Hom.
- Pherecleus, a, um, a Phereclo, vt Puppis Phereclea.  
Ouid.
- Pherecrates, Atheniæ. comicus docuit fabul. 17. Sui.
- Pheregenæ, vna ex 4. colonijs, quas Ianus ad littus  
Hetruſcum condidit, Cat. in fragmentis orig.
- Pheregenæ, a Latinis Phreginæ per Syncopam pro-  
fertur. Vulg. Pali.
- Pheregenæ, poſt Tyberina oſtia, primum Hetruria  
opp. eſt.
- Pheregenæ, Ioan. Annius ſermone Arameo Phere-  
fatum interpretatur.
- Pherefatum interp. i. fatū Iani Genij, Ioan. Annio.
- Pherendis, ciui. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
- Pherentines, pop. in Campania a Tyberi ad Sar-  
num. Cat. (Cat.
- Pheretianæ, coloniæ & flu. Hetruria cognomines.
- Phertion, flu. eſt Liguria, quem Plin. meudeſe Feri-  
torem vocat.
- Phermatiacus, flu. eſt Aegypti.
- Pherula, opp. Italiae, lege ſupra Feſulæ.
- Phiala, fons eſt vnde Nilus oritur. Solin. c. 45.
- Phialea, opp. eſt Arcadia in Peloponneſo. Ptol.
- Phiale, vna ex comitibus Dianae. Ouid. lib. 3. Meta.
- Phiara, vrbs eſt præfecturæ Sargaraulæ in Cap-  
padocia. Ptol.
- Phicaria, pop. ſunt circa Mæotim. Plin. lib. 6. c. 7.
- Phicaria, inſ. eſt adiacens Sardinia. Ptol.
- Phidias, ſtatuarius qui Mineruæ ſtatuam amplitudi-  
ne cubitorum. 26 fabricauit Plin. lib. 35. c. 8.
- Phidiacus, a, um. Propert. Phidiacus, ſigno ſe Iupi-  
ter ornat eburno.
- Phidile, nomen eſt ruſticae mulieris apud Horat.
- Phidippus, vir Theſſal<sup>9</sup> quidam, cuius meminit Hom.
- Phidippus, nomen eſt comici apud Terentium.
- Phigalea, vrbs Arcadiae a Phialo quodam. Steph.
- Phigia, ciui. eſt in Arabia felici. Ptol.
- Phila, inſ. eſt in mari Gallico. Plin. lib. 3. c. 5.
- Phile, arū, inſ. vna ex 4. adiacēs Aegypto. Plin. lib. 5.
- Phila, opp. quoque eſt in Macedonia.
- Philadelphia, ciui. eſt Syriae curuæ. Ptol.
- Philadelphia, ciui. eſt Ciliciae mediterranea. Ptol.
- Philadelphia, ciui. eſt Asiae propriae diſtæ. Ptol.
- Philadelphini, pop. ſunt conuētus Sardiæ. Plin. li. 5.
- Philadelphus, cognomé cuiuſdā Pto. regis Aegypti.
- Philadelphus, Bibliothecā fecit 50000. continētē.
- Philagathus, viri propriū quo ſignificatur benign<sup>9</sup>.
- Philagrus, ſophiſta Cilix, auditor Lolliani. Calius.  
lib. 41. c. 11.
- Philaïda, vicus in Aegeide tribu Philaïdes. Steph.
- Philammon, filius Appollinis ex Chione nymp<sup>9</sup>.  
Ouid.
- Philarchi, po. ſunt in Arabia felici Meſopotanis cō-  
termini ad Euphratem deſcendentes. Strab. li. 2.
- Philearetus, nomen viri medici proprium.
- Philea, regio Byzantij gentile Phileates. Steph.
- Philemon, poeta comicus poſt Menandrum ſecun-  
dus Quint.
- Philena, vide Peſſinuntia.
- Philenis, puella deformis apud Marti. lib. 2.
- Philenis, meretrix fuit, quā Philocrates poeta ſuis

- cārminibus laceravit De hac etiā Mart. lib. 7.  
 Philæi, duo fratres Carthaginen. qui se pro ampli-  
 tione Reipublicæ viuos sepeliri iustinerunt, a  
 quibus  
 Philenorum aræ, locus ad Syrtim magnam. Vulgo.  
 P. tertio de Saba.  
 Philenorium, vrbs in Arnæ regione Bœotiæ à Phi-  
 lenore Actolo, gentile Philenorius. Steph.  
 Phileros, ovis, opp. est Macedonia. Pli. li. 4. c. 10.  
 Phileros, tabellarius apud Ciceronem in Epistolis,  
 lib. 9.  
 Philesius, nomen est, quo vocatus fuit Ap. llo, vnde  
 Philesia, templa quæ Apollini erant consecrata vo-  
 cavit Boccat. (Mag.  
 Philetas, poeta Elegiographus tempore Alexandri  
 Philetus, a, um, Propert. ora Philetea nostra riga-  
 uit aqua.  
 Phileum, ciui. est Germaniæ in ea regione, quæ nūc  
 Phrygia vocatur. Vul. Groninga.  
 Philia, prom. est Thraciæ. Ptol. Vul. Filea.  
 Philides, fuit quispiam equorum nutritor. Plut. in  
 Themistocle.  
 Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens.  
 Cic. in Verr.  
 Philippi, Siciliæ ciui. à Philippo sic dicta. Steph.  
 Philippi, orum, colonia Thraciæ, quæ prius Dathos  
 dicebatur.  
 Philippi, à Philippo Macedonū rege ædificata est.  
 Philippici, campi sunt iuxta Philippos, in quibus  
 Cæsar, & Pompeius, deinde Augustus & Cæsius  
 pugnaverunt.  
 Philippides, poeta comicus, qui gaudio immodico  
 mortuus. Suid.  
 Philippolis, quæ Trimontiū & Adrianopolis, ciuit.  
 est Thraciæ Cherfonnesi. Ptol. Vul. Adrinopoli.  
 Philippus, viri proprium, interpretatur equorum  
 amator.  
 Philippus Macedo, dictus est Alexandri Mag. pater.  
 Philippus alius, qui Rom. imperatorū primus Chri-  
 stianus fuisse p. ribetur.  
 Philippus, Demetrii filius rex Macedoniae a T. Quin-  
 tio Flamio victus. Liuius.  
 Philippus, medicus Alexandri. teste Curtio, lib. 2.  
 Philippicæ, orationes Demosthenis in Philippum  
 regem.  
 Philippicus, a, um, quod est à ciuitate Philippis.  
 Philippeus, a, um, a Philippo, vt Sanguis Philip-  
 peus. Propert.  
 Philippeus, i, siue Philippus, i, aureus numus pretio-  
 sus, cuius apud Plautū, & Liuium multa mentio.  
 Philiscum, opp. est Parthorum ad Euphratē. Pli. li. 5.  
 Philistene fossa ostium Atheniensis. Vul. Fossana.  
 Philistion Nicæus poeta, qui Socratis ætate floruit.  
 Philix, nutritrix fuit Domitiani principis. Sueton.  
 Phyllira, mater Chironis Centauri, a qua  
 Phyllirides, dictus est Chiron, Saturni & Phylliræ  
 nymphæ filius.  
 Philo Academicus, Clitomachi discipulus. Cic.  
 Philo Herēnius, Bybli<sup>o</sup> genere tēpore Adriani. Sui.  
 Philo, architectus, qui Atheniensibus armamenta-  
 rium fecit. Cic.  
 Philo Iudæus Alexandrinus, eloquentiæ Platonis  
 æmulator.  
 Philo, statuarius Hephæstionem expressit. Tatianus.  
 Philo item, Pompeij libertus. Cic. ad Atticum.  
 Philocandrum, opp. est Siphini insulæ. Ptol.  
 Philochoras, vir Atheniēsis, vates doctissimus. Sui.  
 Philocles Atheniensis, poeta tragicus, filius sororis  
 Aeschyli. Suid.  
 Philocrates, vir Atheniensis, proditoris nota infam-  
 is apud Demosthenem.  
 Philoctetes, Pæantis filius, Herculis comes.  
 Philodamus, homo princeps Lampacenorum. Ci.  
 in Ver. 3.  
 Philodespotus, viri proprium, interpretatur domi-  
 ni, vel dominæ amator.  
 Philogones, libertus Attici. Cic. ad Attic. lib. 6.  
 Philogonus, libertus Quinti fratris Ciceronis, vt  
 ipse ait in Epist.  
 Philogone, es, opp. est Bœotiæ. Plin.  
 Philolæus, viri propriū interpretatur amor populū.  
 Philolaus, Corinthius quidam, qui leges Thebanis  
 dedit, Arist. 2. politicorum.  
 Philomela, Pandæonis Athenarum regis filia, Prog-  
 nes foror, à Tereo vitata.  
 Philomelum, opp. est Phrygiæ magnæ. Ptol.  
 Philonis, villa est in Cyrenaica regione. Ptol.  
 Philonis, vicus est Libycæ nomidis in Aegypto. Pt.  
 Philonius, portus est in Corsica insula. Ptol.  
 Philopœmenes, Megalopolitanus dux Acheorū præ-  
 stantiss. Lacedæmonios multis cladibus afflixit.  
 Philostratus Lemnius, scripsit de vita Apollonij  
 Tyanei, lib. 8. vixit tempore Seueri principis.  
 Philostratus, huius pater, Athenis docuit, Neronis  
 tempore.  
 Philostratus, superioris filius, docuit Athenis, cui  
 librum Iconum, seu de imaginibus plerique re-  
 ferunt Suid.  
 Philotera, vrbs iuxta Troglodyticam, a Satyro con-  
 dita, gentile Philoterius. Steph.  
 Philoteris, opp. est Arabiæ. Plin. lib. 3. c. 6.  
 Philotimus, Cic. libertus, vt ipse scribit Appio. li. 3.  
 Philoxenus, philosophus, qui gruis collum sibi exo-  
 ptabat, quo diutius ciborum, & vini sapore ob-  
 lectaretur. Plut.  
 Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus Romæ  
 scripsit varia. Sui.  
 Philoxenus, Eretrienis pictor, Nicomachi discipu-  
 lus. Plin. lib. 35. c. 10.  
 Philoxenus, poeta lyricus, scripsit lyrico carmine  
 Aacidarum genealogiam. Suid.  
 Philyres, pop. sunt iuxta Pontum. Steph.  
 Phineos, siue Phinopolis, ciuitates sunt Ponti.  
 Phineus, rex Arcadiæ, qui impulsu vxoris secūde libe-  
 ris suis oculos eruit, occisus tandem ab Hercule.  
 Phineus alius, Cephei frater, quia a Perseo in mar-  
 mor metatus fuit.  
 Phinni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.  
 Phinopolis, opp. est in Thracia. Ptol.  
 Phinthia, fons est Siciliæ insulæ. P. in.  
 Phintonis, inf. est adiacens Sardinia. Ptol.  
 Pinthienses, pop. sunt Siciliæ insulæ. Ptol.  
 Piuus, pop. sunt Scandiæ insulæ. Ptol.  
 Phisan, nomen fluuij, significat inundationem. Io-  
 seph.  
 Phla, inf. est Africa in Tritonide palude. Her. lib. 4.  
 Phil. um,

Phalanus, opp. est in Illyrico, vnde Phlanaticus fin<sup>o</sup>.  
 Phlanates, pop. sunt in Illyrico à Phlano. Plin. lib. 3.  
 Phlegeton, fluuius infernalis, flammis æstantibus  
 in rapidis à Plego, id est, ardeo.  
 Phlegetonteus, a, um, vt ripa Phlegetontea. Clau.  
 Phlegetontis, idis. Ouid. Sparfumque caput Plege-  
 tontide nympa.  
 Phlegia, pop. sunt Thessalia. Strab. lib. 9.  
 Phlegon, vnus equorum Solis.  
 Phlegon Trallianus, libertus Augusti scripsit histo-  
 riam Olympiadum, lib. i. 6. Suid.  
 Phlegra, opp. est Macedonia. Plin. lib. 3. c. 4.  
 Phlegra, in Italia in campo Cumæo ponitur. Diod.  
 Phlegraei, cæpi sunt in ora Capanæ prope Cumas.  
 Diod. Vul. S. I. fataria, no lexos de Pozzolo.  
 Phlegraei, campi quoque in Thessalia, vbi gigantes  
 cum cælestibus pugnaere. Plin. lib. 3. c. 5.  
 Phlegraeus, vnus è Cætauris Ixionis & Nubis filius.  
 Phlegraeus, a, um. Luc. Quod non Phlegraeis Antegū  
 abstulit aruis.  
 Phlegya, vrbs est Bœotia, ciuis Phlegyas. Steph.  
 Phlegyas, rex Lapitharum Martis filius, & pater  
 Ixionis. (fuerunt:)  
 Phlias, filius Bacchi vnus eorum, qui in naui Argo:  
 Phlias, vnus, castellum est in Achaia. Plin. lib. 4. c. 5.  
 Phliasius, a, ū, res ad Phliūta pertinet. Ci. Phil. 5.  
 Phlorua, opp. est Mauritania Casariensis. Ptol.  
 Phlygadia, ciui. est iuxta Alpes. Strab. lib. 4.  
 Phobetor, filius fuit Somni apud Ouid. 11. Metam.  
 Phocæ, arū, inf. sunt Cretæ adiacetes. Plin. lib. 4. c. 13.  
 Phocæa, opp. est Aeolidis Atheniensium colonia.  
 Vulg. Fogolia vecchia.  
 Phocentis, e, dux ab Ionia, vt fit Phocæa vrbs Ionie  
 Phocais Malsilia, dicta quod à Phocæib<sup>9</sup> cõdita sit  
 Phocæa, ciui. Caria monti Mycale opposita, a qua  
 Phocæenses, vt à Græcorum Phocide Phocenses  
 dicti ab vtraque.  
 Phocæicus, a, um, Murix Phocæica posuit Ouidius à  
 Phocæa, non procul à Sardibus.  
 Phocas, nomen imperatoris Romani. Plin. lib. 9. c. 7.  
 Phocasia, inf. est Helladis, i. Græciæ. Plin. lib. 4. c. 12.  
 Phocæ, es, opp. est Bœotia. Ptol. (Step.  
 Phocæ, es, po. Ionū, qui primilõgis nauibus vsi sunt.  
 Phocion, vir clarus Athenensis cognomento Bo-  
 nus pauper, cum ditissimus esse potuisset.  
 Phocis, parua regio Græcorum inter Atticā & Bœo-  
 tiam.  
 Phocæus, a, um, Ouid. Adfuit insano iuuenis Pho-  
 cæus Orestis.  
 Phocenses, in Italia Parthenium portum ediderūt.  
 Phocæa, ab Ionibus condita, cuius forma oblonga.  
 Phocus, filius fuit Acæci. Ouid. lib. 7. Metam.  
 Phocusa, inf. vna è Sporadibus. Plin. lib. 4. c. 12.  
 Phocusa, insula dux adiacentes Africae Ptol.  
 Phœbas, fatiloqua sacerdos Bacchi, & vates. Serui.  
 Phœbe, dicitur Luna, & venit ab eo quod est Phœ-  
 bus. Virg. lux vita.  
 Phœbi, prom. est in Mauritania Tingitana. Ptol.  
 Phœbia, opp. Sicyoniorum, gentile Phœbias. Steph.  
 Phœbus, Apollo dicitur, Iouis & Latonæ filius a  
 Phos, id est, lux, &  
 Phœbeus, a, um, Qui. Arte Phœbea pellere morbos  
 id est, medica.

Phœbei<sup>9</sup>, a, ū, vt iuuenis Phœbei<sup>9</sup>. Ouid. i. Aesculapi.  
 Phœmius, flu. est Mauritania Casariensis.  
 Phœmon, lacus est Arcadia. Ouid. 1. 5. Metam.  
 Phœmonoe, filia Phœbi, & vates, quæ prima car-  
 men Heroicum cecinit. Hesiod.  
 Phœnicum, vicus est in Arabia felici. Ptol.  
 Phœnices Syria, regio est Asiae Iudææ contermina.  
 Phœnices, pop. sunt eiusdem regionis.  
 Phœniceū, mōs Corinthi, gentile Phœniceus. Ste.  
 Phœnix, vir ex Phœnice, & ventus qui ex Phœni-  
 ce flat.  
 Phœnice, es, a Phœnice Agenoris filii dicta Xenop.  
 Phœnisa, mulier ex Phœnice. Ouid. & Phœnisa Tyros  
 Phœnisa, dicitur Dido, quia ex Phœnice venit.  
 Phœnix, Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœni-  
 cibus imperauit, a quo Phœnicia.  
 Phœnix, Amyntoris filius. Hom. 8. Iliad. (Nio  
 Phœnice, inf. prius dicta, quæ postea Ios. Plin. Vul.  
 Phœnice, inf. prius dicta, quæ postea Tenedos. Plin.  
 Phœnicia, ciui. est Chaonum in Epiro. Ptol.  
 Phœnicia, omnis Cilicie annumerata est, cum fuit  
 Dario tributaria. (Iendi.  
 Phœnicodes, inf. sunt iuxta Ciliciam. Ptol. Vul. Fi-  
 Phœnicus, portus est in Creta insula. Ptol.  
 Phœnicus, portus est in Marmarica Aegypto. Ptol.  
 Phœnicus, mons est in Bœotia. Strab.  
 Phœnicus, portus est in Sicilia inf. Ptol.  
 Phœnicuta, inf. est vna ex 7. Aeolijs, Plin. lib. 3. c. 9.  
 Phœnix, icis, opp. est in eadem insula.  
 Phœnix, mons est in Asia propria. Ptol.  
 Phœnix, flu. est Thessalia. Plin. lib. 4. c. 8.  
 Phœnix, icis, opp. & mons Caria. Strab. lib. 14.  
 Phœtia, vrbs Acarnania, a Phœtio filio Alcæo-  
 nis. Steph.  
 Phœlegandros, inf. est vna è Sporadibus. Plin. lib. 4  
 c. 12. ciuis Phœlegandrius.  
 Phœlge, opp. est, & mons Arcadie. Plin. lib. 4. c. 6.  
 Phœloe, nomē famulæ cuiusdā apud Virg. 5. Aenei.  
 Phœloicus, a, um, res ad Phœloem pertinet.  
 Phœlus, vnus fuit è Cætauris Ixionis & Nubis filius  
 Phœbæ, opp. est Macedonia mediterraneum.  
 Phœbantia, inf. est prope Siciliam. Ptol.  
 Phœbas, Triope filius pater Ilionei Troiani. Serui.  
 Phœbium, promont. est Achaia.  
 Phœrci, pop. sunt Libya interioris.  
 Phœrcus, Neptuni filius, rex fuit Corsicæ & Sardi-  
 niæ insularū, quæ in deū marinum versum dixere.  
 Phœriani, locus Elidis in angusto situs. Steph.  
 Phœrica, vicus Arcadia, gentile Phœricus. Steph.  
 Phœristæ, pop. sunt Asiae mediterranei. Pomp. lib. 1.  
 Phœrmio, dux Crotoniata, Lacedæmonios bello na-  
 uali vicit.  
 Phœrmus, Syracusanus comicus, Geloni tyranno fa-  
 miliaris.  
 Phœrobrentatium, vrbs Libya, gentile Phœrobren-  
 tanenus. Steph.  
 Phœroneus, Argiuorum rex fuit, Inachi fluuii filius  
 Phœrone<sup>9</sup>, a, ū, vt matres Phœroneg. Sta. 12. Theba.  
 Phœrontis, opp. est Caria conuentus Alabandici.  
 Plin. lib. 5.  
 Phœrouij, pop. sunt Mauritania.  
 Phosphoriō, portus quidā Bizatijs. Ste. (tur. Cic.  
 Phosphorus, veneris stella, quæ Latine Lucifer dici  
 Phragmon,

Phragmon, nomen statuarij & pictoris egegi.  
 Phraortes, rex Iadorum, ad quem peruenit Apollo  
 nius Tyaneus.  
 Phrateria, opp. est Daciæ. Ptol.  
 Phreata, id est putei, cui est Cappadociæ. Ptol.  
 Phregeæ, arum, opp. est maritimum Hetruriæ, vn  
 de Phreogenates. Vulg. Pali.  
 Phregeæ, abyssum ab eo quod est Phorgenæ, siue  
 Fregeæ.  
 Phrestos, opp. est Thessaliæ. Strab.  
 Phricion, mons Locridis supra Thermopylas. Steph.  
 Phriconia, opp. est Aeolidis. Strab. lib. 13.  
 Phryxa, vrbs Peloponnesi, Phæst<sup>o</sup> post appellata. Ste.  
 Phrugudiones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.  
 Phruresum, mons est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.  
 Phrurium, promont. est Cypri insulæ. Ptol.  
 Phrygia, regio minoris Asiæ, Phrygia Cecropis filia  
 Phrygiæ, duæ feruntur maior & minor, quæ Epictet  
 us dicitur.  
 Phrygia, locus est Oetæ, sic dictus, quod Hercules  
 in eo tostus, & exustus sit. Steph.  
 Phrygia, locus inter Bœotiam & Atticam Steph.  
 Phryges, po. Phrygiæ. Vir. Hac Phryges instaret na  
 Phryx, flu. est qui Cariâ a Phrygia diuidit. (uib<sup>o</sup>.  
 Phryges sero sapiunt, prouerbium est, vide Eras  
 mum in prouerbijs.  
 Phryx plagis emendatur, prouerbium in seruili in  
 genio homines.  
 Phrygi, pop. sunt in Epiro. Strab.  
 Phryne, nomē meretricis apud Athenas. Quint. li. 2  
 Phrynicus, Atheniensis tragicus Thespiadis disci  
 pulus. Suid.  
 Phrynicus, Pithynicus sophista, scripsit de Atticis  
 dictionibus. Suid.  
 Pgryxus, filius fuit Athamantis & Nepheles, Helles  
 fratre. Ouid. lib. 7. Metam.  
 Phryxus, a, um. Ouid. Phryxæque vellera poscūt.  
 Phryxi, portus iuxta fauces Ponti est. Steph.  
 Phthēbutis, ciu. est metropolis Aegypti. Ptol. vnde  
 Phthembuthites nomos præfecturæ in eadem.  
 Phthia, portus est Ptolemæo in Aegypto.  
 Phthia, opp. est Thessaliæ, Achillis patria. Seru.  
 Phthincia, cui. est Sicilia insulæ. Ptol.  
 Phthiotis, regio est vna ex. 4. Thessaliæ partib<sup>o</sup>. Str.  
 Phthiotæ, pop. sunt in eadem regione. (lib. 9.  
 Phthius, a, um, res ad eadem pertinens, vt Phthius  
 Achilles.  
 Phthioticus, a, um, Carul. deferitur Scyros linquūt.  
 Phthiatica Tempe.  
 Phthiomachi, pop. sunt Macedoniæ.  
 Phthiophagi, pop. sunt iuxta Pontum Euxinum.  
 Strab. lib. 11.  
 Phuibagina, cui. est Trocmorū in Galatia. Ptol.  
 Phulphiniū, opp. est Dalmatiæ.  
 Phundusij, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.  
 Phuphagena, cui. est Armeniæ minoris. Ptol.  
 Phurnita, vrbs Libyæ, ciues Phurnitani. Steph.  
 Pausca, cui. est Cariæ in Penago Rhodiensi. Ptol.  
 Vulg. Fisco.  
 Phusiana, cui. est Assyriæ. Ptol.  
 Phuspara, cui. est Armeniæ minoris. Ptol.  
 Pauth, fluuius est Mauritaniæ.  
 Pauth, Chama fuit filius filij Noe.

Phuthei, pop. sunt Mauritaniæ Ioseph.  
 Phycus, untis, prom. est, & castrū Cyrenaicæ. Ptol.  
 Phycassæ, insulæ Libyæ, insulares Phycussej. Steph.  
 Phygela, cui. est iuxta Pannoniâ Ionix regionem.  
 Ptol.  
 Phylæ, arū, insu. vna ex. 4. adiacēs Aegypti. Pli. li. 5.  
 Phylace, opp. est Pieriæ in Macedonia. Ptol.  
 Phylacæi, pop. sunt mediterranei Macedoniæ.  
 Phylacensij, pop. sunt Asiæ propriæ dictæ. Ptol.  
 Phyla, vic<sup>o</sup> in tribu Oenide tribulis Phylasi<sup>o</sup>. Steph.  
 Phylecusa, insu. in Tyrrheno mari, quæ hōd. Ischia.  
 Phyleus, vnus è ducibus Græcorum, qui ad Troiam  
 venerunt. Hom.  
 Phylliri, Oceani fuit filia, ex qua Saturnus Chironē  
 suscepit, quia à Marte Phyllirides dicitur.  
 Phyllis, regina Thracum Lycurgi regis filia. Ouid.  
 Phyllis, amnis Bithyniæ, à quo Phylliensis que di  
 cuntur. Strab. & Steph.  
 Phyllis, regio Thraciæ apud Pangæū montē. Steph.  
 Phyllodoce, nomē nymphæ cuiusdā. Virg. 4. Geor.  
 Phyllus, vrbs Thessaliæ, quæ pecorosam vocat Stat.  
 Phyrgeæ, pop. sunt in Peloponneso. Strab.  
 Phyrtes, flu. est Ionix regionis. Plin. lib. 5. c. 2.  
 Phyræ, opp. est Lyciæ. Plin.  
 Physca, cui. est Mygdoniæ in Macedonia. Ptol.  
 Phryscella, opp. est Macedoniæ. Plin. lib. 4. c. 10.

P A N T E I.

Piacularis, porta Romæ appellata ob quædam piæ  
 cula, quæ ibi fieri solebant.  
 Piacus, vrbs Siciliæ, ciues Piaceni. Steph.  
 Piala, cui. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.  
 Picenum, regio est Italiæ à Pico Martio dicta. Vulg.  
 Marca de Ancona, o Anconitana.  
 Picenum, vocabulo Hetrusco simul & Aborigenum  
 dicitur Ancona.  
 Picenum, lingua Hetrusca genus sacrum dicitur.  
 Ca. in Orig.  
 Picentes, siue Picentini, qui Picenū inhabitant. Cic.  
 Picens, entis, nomen gentile, Iuuen. Tunc Picens ac  
 cipe dixit.  
 Picentinus, a, um, à Piceno. Mart. Picentina Ceres.  
 Picenus, a, um, possessiuum, vt Picenus ager, pro re  
 gione Picena. Ciceron.  
 Picentini, pop. in Thufcia. Cat. in fragmentis orig.  
 Picentina, opp. inter Surrentum & Sylarum fluuios.  
 Plin. Vulg. Vicentia.  
 Picella, cui. est Ciliciæ. Strab.  
 Piconia, fons ex quo aqua Aufeïa perducebatur.  
 Pictaui, quæ à Ptolemæo, Augustioritum vocatur,  
 vrbs est antiquissima Galliæ Celticæ, cui præfuit  
 Diuus Hilarius Episcopus.  
 Pictæ arum, pop. fuerunt in Italia. Strab.  
 Pictones, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Ptol. Vulgo.  
 Los de Poicton.  
 Pictionum, promont. est Galliæ Aquitanicæ. Ptol.  
 Pictoreus, rex trecetos annos vixit. Pli. lib. 7. c. 48.  
 Picumnus, deus agrestis, qui in sacris Romanis ad  
 hibebatur.  
 Picus, rex fuit Latinorū, in augurijs præstātissimus.  
 Pida, cui. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.  
 Pidosus, inf. est in ora Cariæ. Plin. lib. 5. c. 29.  
 Pidytes, vir fuit Percosius, ab Vlysse interfectus.  
 Hom. 7. Iliad,

- Piengitæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
- Pieiphigi, pop. sunt Daciæ. Ptol.
- Pieria, regio est Syriæ. Ptol.
- Pieria, mons est Syriæ Antiochenæ. Ptol.
- Pieria, regio est mediterranea Macedo. Pli. li. 4. c. 10.
- Pieria, ciuitas & mons Bœotia, Musis sacer, quam primus Pierius Lini pater ædificauit.
- Pieres, pop. sunt Macedonia finitimi. Pli. li. 4. c. 10.
- Pierus, mons est Thessalia. Plin. lib. 4. c. 8.
- Pierides, Musæ dicuntur propter Pierij montis æmulationem.
- Pierides quoque à Pieria regione Macedonia. Pero.
- Pierius, a, um, adiect. vt Pierium carmen. Ouid.
- Pierius, pater. 9. puellarum, quæ in Picas versæ sunt Ouid. lib. 5. Metam.
- Pigaua, ciuitas est Mauritania Cæsariensis. Ptol.
- Pigelassus, vrbs Cariæ, gentile Pegilasseus. Steph.
- Piginda, vicus Cariæ. incolæ Pigindeis. Steph.
- Piginon, flu. est Diad. lib. 5.
- Pigres, Halicarnassus poeta, frater Artemisij. Sui.
- Pigmaliō, Beli regis, Tyri filius fuit, Didonis frater Pigmaliōneus, a, um. Sil. Pigmaliōneis quōdam per carula terris.
- Piguntia, castellum est in Liburnia. Plin. lib. 3. c. 22.
- Pilotes, opp. est Cretæ mediterraneum. Plin. lib. 4.
- Pilumnus, Iouis filius, qui primus stercoreorum agrorum, & pinsendi frumenti vsum inuenit.
- Pimple, Thraciæ mons, & locus Musis sacer. Strab. lib. 10.
- Pimpla, fons est ad radices montis Libethri in Macedonia. Strab. lib. 14.
- Pimpla, nō Piplea, vnde Pimpleides Musæ dictæ sūt Pimpleides Musæ, non Pipleides, vt Vulgo legitur.
- Pimpleides, dicuntur propter liquoris eius fontis vnicam subtilitatem.
- Pimplæus, a, um. Mart. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.
- Pinamys, vrbs Aegypti, gentile Pinantes. Steph.
- Pinara, inf. est ante Aetoliam. Plin. lib. 4. c. 12.
- Pinara, opp. est Lyciæ. Plin. lib. 5. c. 27.
- Pinara, opp. est Pieriæ regionis Syriæ. Ptol.
- Pineritæ, pop. sunt eiusdem Syriæ à Pinara.
- Pindus, flu. est in Cilicia regione. Pli. lib. 5. c. 27.
- Pindarus, genere Thebanus Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Aeschylj poeta.
- Pindarus alius, fuit Ephesiorum tyrannus. Aelia.
- Pindaricus, a, um, Propert. Qualis Pindarico spiritus ore tonat.
- Pindasus, mons est in Theutrania. Plin. lib. 5. c. 30.
- Pindus, mons est celebris in Thessalia Lapitharum sedes.
- Pindus, vrbs Thessalia, à Pindo monte Lapitharū sedes. Strab. lib. 9. (ne. li. 4.)
- Pindus quoque, mons est in Epiro. Pli. in præfatio.
- Pindus, flu. est Ciliciæ. Strab. lib. 14.
- Pinetus, ciui. est in Hispania Tarracoenis. Ptol.
- Piana, ciui. est Vestinorum in Italia. Ptol. Vul. Citra di Penne, in Abbruzzo.
- Pinnenfes, pop. Italia a Pinna, lib. 3. c. 12.
- Pinquentum, opp. est Istriæ. Ptol. Vulg. Pinquento.
- Pinium, palatium Romæ est, ad Collatinam portam, quæ & ob id Piniana porta dicta est. Alex. li. 4. c. 16.
- Pintia, vel Pincia, ciui. est Hispaniæ Ptol. lib. 2. c. 6. hodie Vallisoletana. Vulg. Valladolid.
- Pintia, ciui. est Sicilia. Ptol. (Corsicam.)
- Pinton, inf. est vna ex Cunicularijs inter Sardinia, & Pintuaria, inf. est vna ex Canarijs.
- Pinythus, nobilis Grammaticus, Romæ vna cum Epaphrodito liberto Nenoris. Pausan.
- Pion, mons est iuxta Ephesum. Plin. lib. 5. c. 29.
- Piones, popu. in Mysia Asia, quæ supra Caicum amnem sita est.
- Pioniæ, opp. est Theutrania. Plin. lib. 5. c. 30.
- Pionitæ, pop. sunt Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. c. 30.
- Pipedimui, pop. Gallia Aquitanica.
- Piræa, ciui. est in signis Aminsus olim dicta. Str. li. 12.
- Pirefia, Thessalia ciui. olim Asterion dicta. Steph.
- Piræus, portus est, & emporium Atheniensium. Pausan. Vulg. Puerto Lion.
- Pirheicus, egregius sculptor fuit in partibus imaginum. Propert. Pirheicus parua vëdicat arte locum.
- Pirithous, rex Lapitharum Ixionis ex Nube coniuge filius. Ouid.
- Piroboridana, ciui. est Mysiæ inferioris. Ptol.
- Pirous, nomen herois cuiusdam. Hom. lib. 1. Iliad.
- Pirum, opp. est Daciæ. Ptol.
- Pirus, Lambrasi filius, rex Thracum à Thoante interfectus in bello Troiano. Hom. Iliad. 4.
- Pirusea, pop. sunt Dalmatiæ. Strab. lib. 7.
- Pisa, fons est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
- Pisa, opp. est Elidis in Peloponneso. Ptol. quæ Olympia Pisa.
- Pisæ, arū, quæ & Pisa opp. est Etruriæ in Italia.
- Pisa Italia, à Pisais in Peloponneso condita, quæ & Pisæ.
- Pisæus, a, um, à Pisa Elidis. Luc. Pisæa fleuit in aula.
- Pisanus, a, um, à Pisis Italia. Luc. Pisanum deinde finem. (quum.)
- Pisauilis, Testo dicitur à Pisis oriundus, citatur Ne Pisandus Camireus, Eumolpi tempore, poeta antiquior Nestodo. Suid.
- Pisandrus, Lycaonius sub Alexandro Mammeæ versificator. Suid.
- Pisaurus, flumen est, & oppidum in Umbria. Plin. li. 3. c. 14. Vulg. Pesaro in Marca de Ancona.
- Pisaurēsis, e, à Pisauris. Pli. Cn. Pisaurēse vendente.
- Pisenz, arum, opp. est prouinciæ Narbonensis. Plin.
- Pisenor, vnus è Centauris Ixionis & Nubis filius.
- Pisæus, Tyrrhenus qui æneam tubam inuenisse dicitur Plin. lib. 7. c. 56.
- Pisidia, regio est in Asia minori prope Ciliciam.
- Pisidiæ, arum, populus est Barbarus iuxta Aspendā, & Ciliciam. Steph.
- Pisnates, pop. Umbriæ, qui interierūt. Pli. li. 3. c. 14.
- Pisinda, opp. est Africa inter Syrtis. Ptol.
- Pisinda, ciuitas est Pamphylia. Ptol.
- Pisindon, portus est Syrtis parua in Africa. Ptol.
- Pisingara, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
- Pisinoe, vna est Syrenarum.
- Pisitus, opp. in Phrygia, an Pessimus.
- Pisis, vrbs, & mons Armeniæ, ciuis Pifideus. Steph.
- Pisistratus, Atheniensis tyrannus clarus genere & eloquentia. Iustin. lib. 2.
- Pisistratus alter, Larissæus historicus, commemoratur à Suida.

**M**istratus alius, fuit filius Nestoris & Euridices.  
**P**ifones, cognominati sunt quidam Romani nobiles.  
**P**ifones, dicti quod optime Pifa sererent, sicut à  
 lente Lenculi.  
**P**ifones, è Calphurniorum profapia fuerit, quæ à  
 Numa descendit.  
**P**iffyrus, vrbs est Thraciæ. Herod. lib. 7.  
**P**istorium, opp. est mediterraneum Tusciæ. Plin. lib.  
 3. c. 4. Vulg. Pistoia.  
**P**istorienfes, à Pistorio, opp. Plau. Opus est Pisto-  
 rienfibus.  
**P**istra, vicus est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.  
**P**istris, nomen nauis. Virg. lib. 5. Aeneid.  
**P**istris, sidus cœleste, quod Cetus & Pistris dicitur.  
- Theodorus, Byzantius sophista, qui a Platone vocatus est Logodædalus.
- Theodorus, & Theladeus, fratres Samij sculptores celeberrimi. Suid.
- Theodorus Gadareus, nobilis orator Strâ. tēpore.
- Theodori dicti sunt eius discipuli, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit.
- Theodorus Atelos, de quo Laerius & Suidas.
- Theodacia, opp. est Tauricæ Chersonnesi. Ptol. hodie Caffa, olim ditionis Genuensium.
- Theodosius, nomen proprium duorum Romanorum principum.
- Theodosius, vir memorabilis in Bithynia. Str. li. 12.
- Theodotus Chius vir, quem Brutus Augusto inimicus interfici iussit. Plut. in vita Pompei.
- Theodorum alium memorat Philostratus inter sophistas.
- Theognis, poeta Græcus, de quo Pla. in li. de leg.
- Theonestus Cous, vir fuit clarus in administratione reipublicæ, & Nicæ æmulus. Strab. lib. 14.
- Theon mochima. i. est deorum currus, mons est Libyæ interioris.
- Theon, nomen pictoris Samij. Quintil. lib. 12.
- Theon mathematicus, qui scripsit de spiritibus ad Astrologum. Quintil. lib. 12.
- Theon Stoicus Anthiochenus, scripsit apologiâ Socratis.
- Theon sculptor inter quinque, qui Mausoleum celauere. Plin. lib. 35. cap. 13.
- Theon, quidam fuit loquacissimus & maledicus Alecroni.
- Theonino dente roderi, prouerbiū in detractores, & maledicos.
- Theophanes, Mitylenæus historicus, qui Pompei res gestas scripsit, teste Cic. in orat. pro Archia.
- Theophilus præsul Antiochenus, librum in Marcionem edidit.
- Theophilus, Cæsareæ Palæstinæ præsul, Seuero imperante.
- Theophilus, præsul Alexandrinus, scripsit contra Origenem. Suid.
- Theophilus alius, præsul Antiochenus, ad quem Lucas scribit acta Apostolorum.
- Theophrastus, comicus antiquæ comædiæ. Suid.
- Theophrastus, Aristotelis discipulus, & scholæ successor fuit, Peripateticorum eloquentissimus.
- Theophrastus, prius Euphrastus, deinde Theophrastus ob oris eloquentiæ suauitatem.
- Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic.
- Theopolis maxima ciuitas Orientis, sic à Iustiniano nominata post terræmotum mutato Antiochiæ nomine. Steph.
- Theopompus, Gnidius orator & historicus, post Thucyd. & Herod. Quintil.
- Theos inf. est ab Ionibus condita. Herod.
- Thera, ciu. alia Rhodi, alia Sogdianæ. Steph.
- Thera, ciuitas est Cariz. Ptol.
- Thera, inf. est prope Atticâ, vna è Cycladibus in Aegeo. Plin. lib. 4.
- Thera, inf. est vna è Sporadibus. Steph.
- Thera, prius Callista dicebatur. Herod. lib. 4.
- Thera, eadem est quæ Corsica. Senec. lib. 6. natur. quæst. Vulg. Corcega.
- Theramenes, Atheniensis philosophus. Cicer. 1. Tusc. quæst.
- Theramne, oppidū in Sabinis, ex quo Actius Cladius originem traxit.
- Theramneus a, um, idem quod Sabinus. Sil.
- Therapne, lege supra in verbo Therapne sine aspiratione.
- Therapne, ciu. Laconicæ patria Helenæ. Pōp. lib. 2.
- Theraphne, opp. est in Creta. Solin. & Plin.
- Therasia inf. est, & ciu. prope Achaïam. Plin.
- Therasia, insula est prope Cretam. Stephan. Vulg. Santorini.
- Thericles, figulus Corinthius, a quo quædam vasa fictilia Thericlea. Plin. lib. 16. cap. 40.
- Theridamas, canis venaticus quasi ferarū domitor.
- Therimacæus, nomen pictoris insignis. Plin. libr. 35. cap. 10.
- Therinus, flu. est Cretæ. Diod.
- Theriomachus filius Her. ex Megara Creôtis filia.
- Therion, inf. est prope Rhodum. Plin. lib. 5. cap. 11.
- Therma, nomine Myrmeca, inter Sciatum & Magnesium.
- Thermæ arum, Siciliæ opp. Steph. & Pomp.
- Thermitani, pop. sunt eiusdem Siciliæ. Cic.
- Thermitanusa, um, ab vrbe Thermis sæpe dedit Cicero.
- Thermæ arum, locus est in Macedonia. Plin. lib. 4. vnde
- Thermiacus sinus, qui adiacet Macedonia. Plin. lib. 4. Vulg. Golfo de Soloniqui.
- Thermæ Stygianæ, ab vrbe in Gallias Aureliano itinere. Vulg. Bagni Ceretani, a ventiocho millas de Roma.
- Thermes es, ciu. est Thraciæ. Steph.
- Thermensis, inf. est vna è Cycladibus. Plin. lib. 4.
- Thermidaua, ciuit. est in Dalmatia. Ptol.
- Thermodon, flu. est Cappadociæ. Ptol.
- Thermodon, flu. quoque est Aeolidis regionis.
- Thermodontiacus a, um, Oui. Thermodontiacæ cælatus baltheus auro.
- Thermopolites, præfectura est in Aegypto. Plin. li. 5.
- Thermopyle, mons Phocidis, habens fauces angustissimas.
- Thermos, ciuitatula est Aetoliæ. Steph.
- Thermydra, portus est Rhodi insulæ. Steph.
- Therne, ciuitas est in Thracia. Stephan.
- Therodamas, rex Scythiæ, qui leones humano sanguine alebat.
- Therodamanteus, a, um. Ouid. Therodamanteos vt qui sensere leones.
- Theron, nomen canis. Ouid. Et trux cum Lælapè Theron.
- Thersander, Polynicis fuit ex Argia filius. Stat.
- Thersata, ciu. est Assyriæ. Ptol.
- Thersilochus nomen viri propriū. Virg. 6. Aeneid.
- Thersitæ, gens est Iberiæ. Stephan.

**Thersites**, Græcus quidam vir, quò non de formior alter venerat ad Troiam, linguave proteruior alter Hom.  
**Theseus**, Aegzi Athenarum regis filius ex Aethrà coniuge Minotaurum in Labyrintho occidit.  
**Theseus**, a, um. Ouid. O mihi Thesea pectora iunge fide.  
**Thesides**, dicitur Hippolytus Thesei filius.  
**Thesmophora**, sacra sunt Cereris, quæ a nostris Cerealia dicuntur. Herod. lib. 2.  
**Thespie**, opp. Libarum Bœotie ad radices Parnassi Heliconi proximum, a Thespiade conditum.  
**Thespiæ**, aru, ciui. quoque est Magnesiæ. Pli. lib. 3.  
**Thespiæ**, Musæ. Ouid. Nec me Thespiadum cætera turba iuuat.  
**Thespiensis**, e, a Thespijs dixit Herod. lib. 5.  
**Thespiacus**, a, um, a Thespijs, vt Mœnia Thespiaca. Var.  
**Thespius**, a, um, vt Rupes Thespia. Catull. in Epithalamio Iulie.  
**Thespiades**, Musæ seu nymphæ Thespias incolentes Thespiades, non a Thespia matre. l. nutrice, sed a Thespijs Bœotia nomen habent. Steph.  
**Thespiade**, Herculis filij, ex filiabus. 50. Thespij.  
**Thespiaci**, pop. sunt Græciæ.  
**Thespis**, ex Icaria ciuitate, primus poeta tragicus, & qui personas inuenit. Suid.  
**Thespis** Eriethei Atheniensium regis filius. Dio.  
**Thesprotia**, ciuitas, & regio in sinu Ampracio. Steph.  
**Thesproti**, pop. sunt Epiri proximi Chaonibus. Pli.  
**Thessalia**, regio Græciæ inter Bœotiam, & Macedoniam, quæ sub Attica olim comprehendebatur.  
**Thessalia**, prius Pyrrhæa, deinde Aemônia dicta est Thessalia quoque prius Pelasgis, Conagro, atque Hellas vocabatur vnde regio Hellenes. Pli. li. 4.  
**Thessalicus**, a, u. Luc. Thess. vrgebat paruo sagittas  
**Thessalus**, a, u. Luca. Thessala quin etiã tellus, &c.  
**Thessalis**, idis, patronym. Ouid. Thessalidum virgo pulcherrima.  
**Thessaloe**, prius dicta, quæ postea Magnesiã ad Meandrum.  
**Thessalonica**, ciuitas est metropolis Macedon. Vulgo Saloniqui.  
**Thessalonica**, patria fuit Theodo. Gazæ, qui vir doctissimus in vtraque lingua ætate nostra habitus est.  
**Thessalonicenses**, dicti sunt ciuitatis incolæ. Cic.  
**Thessander**, Polynicis filius ex Argia, teste Stat.  
**Thessyris**, flu. est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.  
**Thessidion**, ciuitas est Thessalonicæ. Steph.  
**Thessidium**, stagnum Thraciæ, cum adiacete agro Nyfa. Steph.  
**Thestis**, ciuitas est Arabiæ, & alia Libyæ. Steph.  
**Thestius**, filius fuit Parthæonis ex Calydone nymphæ, pater Althææ, quæ ab illo Thestias Ouid.  
**Thestor**, pater Calchantis vatis qui ab eo Thestorides dictus est Hom. 1. Iliad.  
**Thestoros**, ciuitas est Thraciæ. Steph.  
**Thestyli**, proprium mulieris, cuius Virg. & Theocritus meminere. (ter.  
**Thetis**, idis, Pelei regis Thessaliæ vxor Achillis matris  
**Theudalis**, op. est in Africa propria dicta. Pto. (ci  
**Théroni**, po. Germ. qui & Theutones, & Theutoni

**Theumesus**, opp. vel promontorium, de quo se Iuliano cum Palæmone præcipitavit.  
**Theumesus**, mons Bœotia, vbi Hercules leonem occidit. Laët.  
**Theumesius**, a, um. Papi. Iuuenis Theumesius iras  
**Thiagola**, lacus est Myliæ inferioris. Ptol.  
**Thibais**, locus in Ponto, vnde Thibij populi dicuntur. Steph.  
**Thibais**, ab vna Amazonû, quæ Thiba dicebatur.  
**Thibynis**, opp. est Mauritanie Cæsariensis. Ptol.  
**Thicæ**, opp. est Mauritanie Tingitanæ. Ptol.  
**Thisa**, ciui. est Libyæ interioris. Ptol.  
**Thigiba**, colonia est Numidiæ nouæ in Africa. Pto.  
**Thinis**, opp. est Aegypti, vnde Thinites nomos.  
**Thinissa**, oppidum est Numidiæ in Africa propria. Ptol. Hodie Tunetum. Vulg. Tenez.  
**Thinodus**, mons est in Aegypto. Ptol.  
**Thiodamas**, vates fuit filius Melampodis. Sta. 10.  
**Thio**, Thio. Sanctoque Melampode cretum Thio. damanta volunt.  
**This**, ciuitas est Aegypti. Steph.  
**Thisbe**, opp. est Bœotie mediterraneum. Ptol.  
**Thisbe**, puella fuit Babylonica. Ouid. 4. Metam.  
**Thisbæus**, a, um. Ouid. Quæ nunc Thisbæas agitæ mutata columbas.  
**Thisias** Siculus, antiquissimus artium scriptor. Quint.  
**Thisica**, opp. est Africa propria. Ptol.  
**Thisoa**, ciuit. est Arcadiæ, gentile Thisoates. Steph.  
**Thmus**, vrbs Aegypti, inde Thmuites. Steph.  
**Thoas**, rex fuit crudelissimus in Taurica regione, ab Oreste occisus. Ouid. lib. 3. de Ponto.  
**Thoas** alius, rex Lemni in insula Liberi patris filius ex Ariadne Minois filia. Ouid. lib. 7.  
**Thoas** alius, Iasonis & Hipsyphiles filius.  
**Thoateus**, a, um, vt Diana Thoatea, i. Taurica. Vale.  
**Thoateum** promon. est Carpathi insula. Ptol.  
**Thocnea**, ciui. est Arcadiæ a Tocno quodam. Steph.  
**Thoe**, nymphe Oceani & Tethyos filia. Hom.  
**Thomas**, nomen Hebraicum, viri proprium.  
**Thome**, opp. est Magnesiæ in Macedonia.  
**Thon**, primus apud Aegyptios, medicinam in artu rededit. Hom. lib. 4. Odyss.  
**Thon**, rex Canopi, qui Menelao vim inferre conatus ab eo interfectus est.  
**Thonia**, vrbs, & caput Gabæonitarum in Iudæa.  
**Thonis**, ciuitas est Aegypti. Steph.  
**Thonius**, vnus è Centauris Ixionis & Nubis filius.  
**Theon**, vir Troianus ab Mysis interceptus. Hom.  
**Thoosa**, filia Phorci, ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Hom. lib. 1. Odyss.  
**Thootes**, vnus ex præcomibus Græcorum Hom. II. 12.  
**Thoræ**, vicus est Antiochidis tribus. Steph.  
**Thorax**, ciui. est Aetoliæ, gentile Thoracites. Steph.  
**Thorax**, mons est iuxta Magnesiã. Strab. lib. 14.  
**Thoræi**, pop. sunt in Attica. Strab.  
**Thoricios**, opp. est in Attica. Strab. lib. 9.  
**Thoricos**, vicus est Acamantidos tribus. Steph.  
**Thornax**, mons est Læoniæ. Steph.  
**Thornos**, insula est prope Corcyram. Pli. li. 4. c. 12.  
**Thospia**, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.  
**Thospitis**, palus est in Armenia maiori. Ptol.  
**Thospitis**, regio est Armeniæ maioris. Ptol.  
**Thous**, vnus ex Trojanorum principibus. Hom.

Thracia, regio est Europæ Macedoniam sequens.

Vulg. Romania.

Thracæ, quæ Thracia. Horat. Thracane bos, Hebusque.

Thrace, es, quæ Thracia. Ouid. Armiferam Thracem qui regat.

Thracia, Græcè Threce per ita utrobique dicitur.

Thraces in Asiam transgressi Bithynia vocati sunt. Herod.

Thraces, prius Strimonij appellati, quia Strimonem accolerent.

Thraces, aliqui Asiam incolunt. Her. lib. 3.

Thrax, homo ex Thracia, Thraïssa fœmina regni illius.

Thracius, a, um. Vir. Nec Thracius Orpheus. Luc. Boreas cum Thracius Ossæ.

Thraïcius, a, um. Virg. Traiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

Thracon, vicus est Antiochiæ. Steph.

Thrambus, prom. Macedoniæ, vbi natus Thrambusius, Steph.

Thraſceas, ventus spirans inter Septentrionem & Occasum solsticialem. Arist.

Thraſeas, philosophus Stoicus, quem Nero ut venis solutus moreretur, damnauit. Suid.

Thraſius, vir qui cum docuisset Bussyrim hospites immolare, omnium primus maceratus est.

Thraſo, nomen militis gloriosi apud Terentium.

Thraſo, nomen pictoris apud Strab. lib. 14.

Thraſumenus, lacus in agro Perusino. Plin. lib. 2. Vulg. Lago di Perugia.

Thraſumenum lacum semel totum arſiſſe ait Plin.

Thraſus, nomen viri, quod apud nos fiduciam significat, quæ Græcè Thraſos dicitur.

Thraſibulus, vir qui Athenas a triginta tyrannis oppressus in libertatem redegit. Aemil. Prob.

Thraſibulus, dux Mileſiorum, cuius stratagemata vide apud Frontinum lib. 2.

Thraſyllus, qui supra Thraſius interpretatur temerarius.

Thraſymachus, Carthagenſis ſophiſta, diſcipulus Iſocratis, periodum & colon primus monſtrauit.

Thraſymedes, filius fuit Neſtoris. Hom. 9. Iliad.

Thria, opp. est Oeneidos tribus. Steph.

Thrince, vrbs prope columnas Herculis. Steph.

Thrioſſa, ciuitas est in Peloponneſo. Strab. lib. 8.

Thrion, opp. est Meſſeniæ in Peloponneſo. Plin.

Thrius, untis, opp. est Achaïæ. Steph.

Thrius, untis, opp. est Elidis prope Patras.

Thronion, opp. est Locrorum Epicmenidum. Ptol.

Thronos, opp. est in Cypro inſula.

Thrianda, ciuitas est Lyciæ. Steph.

Thryaſius, campus est in Attica regione. Plin. lib. 4.

Thryus, flu. est Elidis, qui in Alpheum decurrit. Hom. lib. 2. Iliad.

Thubina, ciuitas est Mauritanïæ Cæſarienſis. Ptol.

Thucydides Athenienſis hiſtoricus, Anaxagoræ diſcipulus bellum ſcripſit Peloponneſiacum.

Thucydides Mileſius, Athenis inter principes viros, ac duces æmulus Periclis. Marcellin.

Thucydides Phariſalicus, Memnonis filius. Marcel.

Thucydides poeta, natione Achædriſius, Ariſtonis

filius, qui fuit tempore Platonis comici. Marcel. Thucydidius, a, um, Cic. Aliquiſe Thucydidius profitentur, &c.

Thudaca, opp. est Mauritanïæ Cæſarienſis.

Thule, inſ. est vltima Septentrionem verſus. Vulg. Irlanda, vnde Thulæus, a, um.

Thule altera in Africa contra finem Carthaginiſ.

Thumelita, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.

Thunudromon, colonia est Numidiæ nouæ in Africa.

Thunufda, opp. est Africa propriæ. Ptol.

Thuria, vrbs est Meſſeniorum in Peloponneſo in colle excelſo ſita. Strab. lib. 8.

Thurion, opp. est Calabria in ſinu Tarentino ſinitimum Crotoni. Plin. lib. 2. cap. 4.

Thunij, pop. ſunt in eodem ſinu Tarentino.

Thurij, ducto de fonte vocabulo dicuntur. Strab. lib. 6.

Thurium, oppidum inter duo amnes, ſcilicet Crathin & Sybarin, vbi Herodotus condidit hiſtoriam.

Thurni, Italiae populi prope Sybarim vrbs. Plin.

Thurinus, a, um, a Thurio. Ouid. Thurinosque ſinus.

Thuſcia, regio Italiae quondam Umbria appellata. Vulg. Toſcana.

Thuſcia, Tyrrhena dicta fuit a Tyrrheno Atys filio.

Thuſcia, alijs ſcribitur ſine aſpiratione. Vide Tuſcia.

Thuſciam, a Tuſculano Herculis filio veteres Grammatici dictam volunt, a ſacrificijs dicta putant.

Thuſci, vocati ſunt poſtea qui prius Tyrrheni.

Thuſci populi dicuntur, qui Thuſciam inhabitant. Cicer.

Thuſcus, a, um, poſſeſſium nomen a Thuſcia, ve Thuſca æquora.

Thuſeus, vicus Romæ, in quo Thuſei habitauerunt.

Thuſagetæ, pop. ſunt Pomp. Thuſagetæ, Turcæque vaſtas ſolitudo occupant.

Thyamis, vicus est Semiramidis regionis. Steph.

Thyamis, flu. est, qui Theſſprontidem, Cestrinamque diſterminat. Plin. lib. 4. cap. 1.

Thyamon, mons est in Thracia regione.

Thyas, adis, Bacchi ſacrificula. Stat. 12. Thebaïd.

Thyatira, ciuitas est Lydiae Mæoniæ in Asia propria. Ptolem.

Thyatira, vna ſeptem Eccleſiarum, ad quas Ioann. Apoſt. ſcripſit Apocalypſim.

Thyatira, inſ. est ante Aetoliam. Plin. lib. 4. cap. 13.

Thyatireniſis e. Hier. Angelo Thyatireniſi testimonium dat filius Dei.

Thyatireni, dicuntur Thyatiram inhabitantes. Sueron.

Thyatireni, pop. ſunt conuentus Pergameni. Plin.

Thyberis, ſive Thybris, loce infra in diſtione Tybris.

Thybris, viri proprium Aeneæ comitis. Virg. li. 10.

Thydonos, opp. est Cariæ conuentus Alabandici.

Thybella, ciuitas est Oenotriæ. Steph.

Thyeffos, ciuitas est Lydiae a Thyeffo caupone. Stephan.

Thyefkes, filius Pelopis ex Hippodamia, Atræi frater, & Tantalii nepos.

- Thyesteus, a, um. Ouid. Neue Thyesteis cum alemus viscera mentis.
- Thya, Deucalionis filia, ex Ioue peperit Macedoniam, quæ regioni nomen dedit. Steph.
- Thyia, filia Celphisi, a qua & vrbs eiusdē nominis.
- Thymatada, vicus Hippothontidos tribus. Steph.
- Thymbra, locus est Troadis thymbra plenus. Ser.
- Thymbræus, a, um, quod ad Thymbram pertinet.
- Thymbræus, Apollo dicitur, quia in eo loco eius & nemus, & templum est, vbi a Paride Achilles occisus.
- Thymbrara, ciuitas Asiæ, a qua Thymbræenses, & Thymbraræi Steph.
- Thymbrius, siue Tybris fluius Romæ. Steph.
- Thymbrius, fluius apud Tymbram fluens. Steph.
- Thymele, mulier quæ prima saltationem in scæna docuit.
- Thymelici, pen. cor. di cti sunt ludi histriones. Vitr.
- Thymiateria, ciuitas est Libyæ. Steph.
- Thymætes, vates fuit filius Priami & Arisbes. Ser. in 2. Aen. Virg.
- Thyne, ciuitas est Libyæ. Steph.
- Thynia, insula est in fronte Bithyniæ. Strab. lib. 12.
- Thynus, a, um. Hor. Merce Thyna beatus, i, Bithynia Aeron.
- Thynnias, inf. est inter ostia Istri fluminis. Pomp.
- Thyonias, opp. est Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11.
- Thynnias, fluius est in eadem Thracia.
- Thynneius, a, um. Ouid. Quidē adhuc Thynneius incola.
- Thynniacus, a, um. Propert. Grata domus nymphis humida Thyoniacis.
- Thynus, siue Tynus, vrbs Aegypti. Hier. de viris illustrib.
- Thynos, opp. est Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 12.
- Thynus, viri proprium, cuius meminit Orpheus in Argonauticis.
- Thyoneus, Bacchi epitheton, quod ei adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Hora.
- Thyræon, ciuitas est Arcadiæ. Steph.
- Thyre, vel Thyrea, vt Thete. l. Theta. locus est in Peloponneso.
- Thyre, opp. est Laconicæ regionis.
- Tayrea, in Cynosura est ad Argiui, & Laconici agri confinia.
- Thyrea, insu. est adiacens Peloponneso. Hero. li. 4.
- Thyrides, insulæ sunt in sinu Abnzo. Pli. li. 4. c. 12.
- Thyros, vrbs in regno Nestoris, teste Homero.
- Thysagetæ, pop. ijdem qui Thyssagetæ, & Thussagetæ.
- Thydis, nomen est pastoris apud Virg. in Bucolicis
- Thyfanusa, ciuitas est in Caria regione Plin. lib. 5.
- Thyssagetæ, oppid. Septentrionales iuxta Mæotidem. Steph.
- Thysus, opp. est iuxta montem Atho. Hero. lib. 7.
- Tiarantus, flu. est Scythiæ in Istrum desfluens. Hero.
- Tiariula, opp. est in Hispania.
- Tiasum, opp. est in Dacia. Ptol.
- Tibarnei, pop. sunt Scythici in Asia. Herod. lib. 47.
- Tibeon, mons Phrygiæ in Tibeo quodam. Steph.
- Tiberias, ciuitas est Palæstinae Iudææ.
- Tiberias locus, pon. tur in eadem Iudæa. Ptol.
- Tiberij forum, ciuitas est Heluetiorum in Gallia. Ptol.
- Tiberinates, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
- Tiberius, inter Cæsares notissimus Augusti successor.
- Tiberius, Grammaticus de Ideis orationibus scripsit libros. 3. aliaque complura. Suid.
- Tibereius, o, um. Sta. Tibereia primam aula tibi vix dum, &c.
- Tiberiopolis, ciuitas est Phrygiæ. Ptol.
- Tibisca, ciuitas est Myliæ inferioris. Ptol.
- Tibiscum, opp. est in Dacia. Ptol.
- Tibiscus, flu. est Daciæ. Ptol. Vulg. Tissa.
- Tibisis, flu. est Scythiæ ex Aemis montibus in Istrum desfluens. Her. lib. 4.
- Tibulatij, pop. sunt Sardinia in insulæ. Ptol.
- Tibullus, poeta aliquantum ad amores, & delicias proclius.
- Tiburi, pop. sunt Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.
- Tiburces, pop. sunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3.
- Ticarius, flu. est Corthicæ insulæ. Ptol.
- Ticena, ciui. inter Bragadâ & Tritonem in Africa.
- Ticher, flu. est Hispaniæ ceterioris.
- Tichis, flu. est prouinciæ Narbonensis.
- Tichos, castellum Achaicæ, incola Tichites. Steph.
- Ticinum, opp. est in Transpadana regione. Pli. Vul. Pavia.
- Ticinus, flu. oppido vicinus in Padum amnem desfluens. Vulg. Pefino.
- Tiel a, vna ex tribus Hyblis Siciliae. Steph.
- Tierous, flu. est in Apulia regione.
- Tifata, opp. est Latij quod interijt. Plin. lib. 3. c. 5.
- Tifara lliceta, inquit Festus, Romæ autē Tifata curiâ
- Tifernum, opp. est Vmbrosorum in Italia. Ptol. Vul. Citra di Castello.
- Tiferus, flu. est Italiæ. Plin. Vulgo Fortoro en Puglia plana.
- Tiferates, pop. Italiæ iuxta Theanum & Lucrinum in sexta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 14.
- Tigana, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
- Tigena, ciuitas est in Arabia felici.
- Tigillius, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neronem ad omnia corruperat. Tacit.
- Tigis, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
- Tigrana, ciuitas est Mediæ. Ptol.
- Tigranes, rex fuit maioris Armeniæ, de quo sepe Cic.
- Tigranoecerta, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol. Vulgo Sulthania.
- Tigris, flu. est celebris ex Armenia oriens, qui in istar bestiæ mira velocitate decurrit.
- Tigullia, ciuitas est Liguriæ in Italia. Ptol. alias dicta Segesta. Vulg. Sigestro.
- Tigurinus vicus, populus est qui quartam Heluetiæ partem continet. Cæs. de bell. Vulg. Zurich.
- Tilium, ciuitas est littoralis Sardinia in insulæ. Ptol. Vul. S. Reparata.
- Tiliauentum maius & minus, fluij Veneræ regionis. Plin. Maius. Vulg. Talamento. Minus Stella dicitur.
- Tilos, insula est in Mari Rubro. Plin. lib. 6. c. 27.
- Tilox, promontorium est in Corsica insula. Ptol.
- Tilphossa, in Bœotia est. Diod. lib. 5.



- Tilphosa, fons est sub Tilphosium montem habens, apud quem Tiresiæ vatis sepulchrum. Pindar.
- Tilphosium, opp. est Bœotia. Strab. lib. 9.
- Tilphoseum, regiuncula Thessaliæ, gentile Tilphoseus. Steph.
- Timacum, opp. est Mysiæ superioris. Ptol.
- Timeus Siculus historicus, qui res Græcas conscripsit. Plutarchus in Nicæa.
- Timæus, philosophus Pythagoricus, cui Plato liberum de natura inscripsit. Suid.
- Timaginis, ciuitas est in Arabia felici.
- Timanthes, pictor egregius Zeuxis tempore. Plin. lib. 35. c. 9.
- Timarchides, sculptor nobilissimus. Plin. lib. 36. c. 5.
- Timarchides, pictor celeberrimus. Plin. lib. 34. c. 8.
- Timarchus, statuarius nobilis. Plin. lib. 34. c. 8.
- Timarchus alius, orator Demosthenis amicus.
- Timauus, flu. est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3. c. 18. Forte Brenta.
- Timocles, comicus Atheniësis, fabulas scripsit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.
- Timoclia, mulier Thebana, stuprum a quodam barbaro Thracum principe per vim passa. Sabellic.
- Timolaus Larissæus, discipulus Anaximenis Lampfaceni, scripsit poema de bello Troiano. Suid.
- Timoleon, Corinthiorum dux inclytus, & viribus fortissimus, vitæque abstinentissimus. Plutarch.
- Timomachus Byzantius, pictor nobilis Cæsaris dictatoris tempore, fecit Medæam, & Aiæcem. Plin. lib. 5.
- Timon Atheniensis, temporibus fuit belli Peloponnesiaci, qui ob inhumanitatem dictus Misantropos.
- Timon Apolloniates, philosophus Ptolemæo Philadelpho acceptus, scripsit tragæd. & comæd. Gel.
- Timonium, castell. Paphlagoniæ, gentile Timoites. Steph.
- Timotheus, Atheniensium dux potētissimus, qui acceptam a patre gloriam multis auxit virtutibus.
- Timotheus, Atheniensis comicus mediæ comædiæ, cuius fabulas narrat Athenæus.
- Timotheus, Milesius comicus fuit tempore Philippi Macedonis, scripsit de musica. lib. 17.
- Timotheus, sculptor vnus ex ijs qui Mausolæum ex-lauere. Plin. lib. 34. c. 8.
- Timotheus Gazæus, Gramaticus tempore Anastasij principis, cuius nonnulla commemorat Suid.
- Timotheus quoque, viduæ mulieris filius, & Pauli Apostoli Epistolis tum martyrio clarus.
- Timyra, vrbs iuxta Isauriam Indiæ. Steph.
- Tinda, opp. est in Thracia. Plin. lib. 4. c. 11.
- Tindium, vrbs Libyæ, ciuis Tindanus. Steph.
- Tingena, regio est Mesopotamiæ. Ptol.
- Tingis Cæsariæ, opp. est Mauritanie Tingitanæ ab Anteo conditum. Vulg. Tanjer.
- Tingitana, prouincia est Mauritanie a Tingi dicta.
- Tinia, flu. est in Tyberim defluens. Vulg. Topino.
- Tinysa, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
- Tios, opp. est Paphlagoniæ Ponti, a Tio sacerdote Milesio. Strab. lib. 12.
- Tipanissæ, pop. iuxta Caucasum. Steph.
- Tipasa, ciuitas est Mauritanie Cæsariensis. Ptol.
- Tiphys, viri proprium, qui Argonautarum gubernator fuit, Virg. in Bucolicis.
- Tiquadra, insula est prope Baleares. Plin. lib. 3. c. 5.
- Tiresis, vates Thebanus, mutatus quondam in feminam. Hom. lib. 11. Odyss.
- Tiria, vrbs Leucosyrorum, gentile Tiricus. Steph.
- Tirithia, ciuitas est in Mesopotamia. Ptol.
- Tirins, Tirinthis, fluius est in Argo.
- Tirius, nomen est patriæ Herculis in Peloponneso.
- Tisarantus, fluius est Scythiæ. Herod. lib. 4.
- Tisdiris, opp. est Mauritanie Tingitanæ.
- Tisdritanus, a, um, a Tisdris. Plinio. Cossucium ciuem Tisdritanensem.
- Tisias, Stesichorus poeta ante dictus, sed a chorea id nominis sortitus est.
- Tisicense, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
- Tisiphone, vna ex Furijs infernalibus, sic a plectendis cædibus dicta.
- Tisis, vrbs Aegypti, quam condidit Tisis, ciuis Tisites. Steph.
- Tisorgia, opp. est Gallie Belgicæ.
- Tisla, opp. est Siciliæ insulæ. Ptol. Hodie Tiff.
- Tisinenfes, pop. sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3. c. 8.
- Titana, regiuncula Sicyonia, gentile Titanus. Steph.
- Titan, & Titanus, Saturni frater, Cæli & Vestæ filius, pro sole ponitur, quoniam a Titanibus duxit originem.
- Titanas, sex fuisse, & quinque sorores a Titea matre dictas, author est Diodorus.
- Titanum, vnus fuit Iapetus pater Promethei.
- Titanus, a, um. Virg. Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra.
- Titanicus, a, um. Ouid. Hinc Titanicis ablata draconibus intrat.
- Titanos, flu. est Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. ca. 30.
- Titanus, opp. est eiusdem Aeolidis. Plin. ibid.
- Titanus, portus est in Corsica insula. Ptol.
- Titarellus, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
- Titaron, vrbs Thessaliæ, gentile Titaronius. Steph.
- Titronus, Laomedontis filius, qui Memnonem ex Aurora genuit, tandem in cicadam versus.
- Tithonius, a, ū, vt cōiux Tithonia, i, Aurora. Ouid.
- Tithorea, vrbs Bœotia, a Tithorea nympa. Paul. lib. 9. (Steph.)
- Tithras, vicus in tribu Aegæide, inde Tithrasius.
- Tithron, opp. est Phocidis regionis.
- Titia curia, & Titienfis tribus dicta est a Tito Tatiano. Fest.
- Titiani, pop. sunt Corsicæ insulæ. Ptol.
- Titianus, orator Græcus præceptor Maximini principis, scripsit libros prouinciarum pulcherrimos.
- Titij, sacerdotes fuere Apollinis, Varroni sic dicti a Titijs auibus, quas in augurijs obseruare solebant.
- Titius, fluius est Istriæ. Plin. lib. 3. c. 19.
- Titius, fluius est Teuthranie regionis.
- Titoneus, nomen montis apud Dionysiam. li. 1. Steph.
- Titortus, alterum ex duobus iugis Parnasi, aliter Hyampæus.
- Titorus, bubulcus monstrosæ fortitudinis, cum Milone de robore cerraui. Aelia.
- Tiuacia, ciuitas est in Hispania. Ptol. Vulg. Illescās.
- Titus, flu. in Illyride seu Liburnia. Vulg. Cherca.
- Titus, clarissimus Romanorum princeps Vespasiani filius, & frater Domitiani. Sueton.

- Titus, prænomen Romanorum a Tito, i, honoro.  
 Titus Lilius, Patauinus historicus celeberrimus.  
 Tityrus, nomen est pastoris apud Virg. & Theocritum.  
 Tityus, filius fuit Iouis, ex Elara Orchomeni filia.  
 Tityrum, apud inferos damnatum hæc lege poetæ fingunt, vt eius iecur vultur semper exedat.  
 Tityi, corporis magnitudinem poetæ dixerunt fuisse, vt iacens nouem iugera occuparet. Ouid.  
 Tityus Sextus, orator homoloquax, & satis acutus, sed tamen solutus, & mollis ingestu. Cic.  
 T A N T E L.  
 Tlepolemus, Herculis fuit, & Aftyoches filius, quæ ex Ephyra Peloponnesi vrbe rapuerat. Hom.  
 Tletes, pop. Iberici iuxta Tartesios. Steph.  
 Tlos, opp. est Lyciæ. Plin. lib. 5. c. 27.  
 T A N T E M.  
 Tmolus, mons Lydiæ est croco florentissimus, & vitibus confitus. Plin. lib. 5.  
 Tmolus, genus arbutulæ, videtur esse Colum. lib. 4.  
 Tmolius, a, u. Ouid. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.  
 Tmouus, filius Tremyli, & Praxidices. Steph.  
 T A N T E N.  
 Tnyssus, vrbs Cariæ, gentile Tnyssæus. Steph.  
 T A N T E O.  
 Tobata, ciuitas est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.  
 Tobricum, opp. est Hispaniæ citerioris. Ptol.  
 Tobrus, opp. est Africæ propriæ. Ptol.  
 Tocolosida, opp. est Mauritanæ Tingitanicæ. Ptol.  
 Todij, pop. sunt Mauritanæ Cæsariæ. Ptol. melius Duca.  
 Toga, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.  
 Tolasta, vicus est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.  
 Tolentum, Italiæ oppidum in Picino, a quo Tolentines, populi dicti. Plin. lib. 3. c. 13.  
 Tolerientes, pop. Italiæ dicti ab opp. Latij, quod interijt. (ledo.  
 Tolerum, ciuit. est Hisp. citerioris. Ptol. Vulg. Tol.  
 Tolerani, pop. sunt Hispaniæ conuentus Carthaginensis.  
 Toletanus, a, um, a Toletio ciuitate dixit Priscianus  
 Tolgus, ciuitas est in Epiro. Strab. lib. 7.  
 Tolistobogi, pop. sunt Galatiæ. Ptol.  
 Tolophon, vrbs Locrorum Ozolorum, gentile Tolophonius. Steph.  
 Tolosa, opp. nobilissimum in Gallia Narbonensi.  
 Tolosates, siue Tolosani, pop. sunt ibidem.  
 Tomaras, mons est Aetoliæ in regione Epirotica. Plin.  
 Tomarus, mons est apud Moloßos. Solin. c. 12.  
 Tomeus, vrbs iuxta Odesum, gentile Tomites. Steph.  
 Tomeus, mons iuxta Coriphaliu Pyli. Steph.  
 Tomissa, regiuncula distinguens Cappadociam a Tauro, gentile Tomisæus, & Tomisæus. Steph.  
 Tomos, opp. est Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11.  
 Tomos, ciuitas est in Ponto, vbi Ouidius exulauit.  
 Tomos dicta, quod illic Medea mæbra Absyrti fratris consecuit. Oui. Tomos enim Græcis incisio.  
 Tomitanus, a, um. Ouid. Inque Tomitana condar oportet humo.  
 Tomitus, a, um. Idem non vacat, in qua sint positi regione Tomiti, Quætere,

Tomiris, regina Massagetarum, quæ Cyrum debellauit, eiusque caput in virem humano cruore plenum demisit.

Tondarba, ciuitas est in Media regione. Ptol.

Tongri, opp. Galliæ in Belgica. Ptol. quorum ciuitas. Vulg. Tongheren.

Tonica, emporium est in sinu Barbarico. Ptol.

Tonzus, opp. est Thraciæ. Ptol.

Topazos, insula est in mari Rubro, in qua reperitur Topazius lapis mire perlucidus.

Topiris, opp. est Thraciæ regionis. Ptol.

Toranius, magus quidam, de quo Plin. lib. 7. c. 127

Tocatæ, pop. sunt iuxta Mæotim. Strab. lib. 11.

Tornacum, ciuitas est Galliæ Belgicæ. Vulgo. Tornay.

Tornates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 3.

Torane, opp. est Macedoniæ. Plin. lib. 4. c. 20. Vulg. Agiomamma.

Toroneus sinus, qui Toronici ciuitati adiacet. Steph.

Torone, ciu. est Halmenidis regionis in Epiro. Ptol.

Torone, opp. est Troadis. Steph.

Torone, per duplex, n, & omicron vtrobique opp. Siciliæ. Steph.

Torquatus, cognomē T. Manlij, qui Gallo ab Aniene occiso torquem detraxit.

Torrhebus, vrbs Lydiæ a Torrhebo Atyis filio. Steph.

Tortomion, vrbs inter Syriam & Armeniam. Steph.

Tortosa, nunc dicitur, quæ olim Aniarados.

Totena, regio est Armeniæ maioris. Ptol. melius Motena.

## T A N T E R.

Trabala, vrbs Lyciæ, gentile Trabalaus. Steph.

Trabea, nomen poetæ, cui inter comicos octauus locus assignatur. Cic. lib. 4. Tuscul.

Trachalus, orator Domitiani temporibus, Sobrius & satis apertus fuit. Quint. lib. 12.

Trachea, vocatur tota Iauria, item Ciliciæ pars extra Taurum. Strab. Hinc Tracheotes.

Trachia, insula est prope Corcyram. Plin. lib. 4. c. 12.

Traczin Heraclea, ciu. est Thessaliæ. Plin. lib. 3. c. 7. quæ Heraclea ab Hercule cognominata est.

Trachin, vel Trachis, vrbs est Bœoticiæ. Strab. lib. 9.

Trachonitis, regio est Syriæ Palæstina. Plin. lib. 5. cap. 18.

Trachonitis, tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Luca.

Trachina, opp. Campaniæ, prius dictum Anxur, postea Tarracina.

Trachynius, a, um. Luc. Herculeum miles Trachynius Cetam.

Trachyni, orum. Cic. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachynis edit.

Tractari, videntur esse quos Clau. Tartaros prima breui profert.

Tragasa, regio Epiri a Tragaso quodam. Steph.

Tragia, insulæ sunt in ora Ioniciæ. Strab. lib. 14.

Tragia insula vna è Cycladibus. Plin. lib. 4. c. 2.

Tragilos, vrbs Thraciæ iuxta Chersonnesum. Steph.

Tragium, opp. est in Peloponneso. Strab. lib. 8.

Tragos, ins. est contra Ephesum, Anacreontis patria.

Tragene, toparchia est Iudææ Palæstina. Plin. lib. 5. cap. 15.

Tragonica, ciuitas est in Perside regione. Ptol.

Tragurium

- Tráguirium, insula cum oppido ádiacens Dalmatig.  
 Plin. Vulg. Trau.  
 Traiana, ciu. est Picenorum mediterranea. Ptol.  
 Traiana, ciu. est in Germania inferiori.  
 Traianopolis, ciu. est in Thracia Chersoneso. Ptol.  
 Traianopolis, ciu. est Phrygiæ maioris in Asia. Ptol.  
 Traianus, portus est in Tuscia. Ptol. hodie Volaterranorum portus, vulg. Puerto Fangozo.  
 Traianus, inter Cæsares optimus.  
 Traianus patritius sub Iustiniáno príncipe floruit, scripsit epitomem temporum. Suid.  
 Traion in Bithynia, pertingit vsque ad Estacenu sinum gentile Tralij. Steph.  
 Trallis, ciu. est Cariaë regionis. Plin. lib. 5. cap. 19.  
 Trallis, ab Argiuis, & a Thracibus condita.  
 Trallis, vrbs Lydiæ iuxta Meandrum, prius Anthea dicta.  
 Tralliani, siue Trallienses, populi a Tralibus.  
 Trallius, a, um, Lilius lib. 37. Extremos, inquit, Trallios.  
 Tranaducto, ciui. est Bastalorum in Hisp. Ptol.  
 Tranomontani, pop. sunt in Sarmatia Europe. Pto.  
 Transalpina, Gallia eadem, quæ cammata. Calep.  
 Transapennina, Italiaë pars est. Sempron.  
 Transiliana, regio quæ est trans Istrum fluium.  
 Tranipadana regio est, quam prisca Tusci tenuere. Vul. Lombardia.  
 Trapez, vrbs Arcadiaë prope Tricolon. Steph.  
 Trapezus, untis, ciui. est Cappadociaë. Plin. Vulg. Trapezunda.  
 Trapezus alia, in Arcadia, a Trapezunte Licaonis filia. Steph.  
 Trapezuntias, a, um, res ad Trapezuntem pertinēs.  
 Trapezopolis, ciuitas est Cariaë regionis. Ptol.  
 Trapezopolitæ, pop. sunt Cariaë conuentus Alabandici. Plin.  
 Trapezusa, ciui. Ponti Cappadocum in Cappadocia. Ptol.  
 Traphe, vrbs iuxta Pontum, ind. Trapheus. Steph.  
 Trasymenus, lac<sup>o</sup> in agro Perusino, vide supra Thrasymenus. Vul. Lago de Perusina.  
 Trauchenij, pop. iuxta Pótum Sindis finitimi. Steph.  
 Trausij, pop. quos Græci Agatyrfos nominant. Ste.  
 Treba, ciuitas Latinorum mediterranea.  
 Trebatius, Iuriconsultus, Ciceronis familiaris.  
 Trebia, flu. est in Padum defluens. Plin. lib. 3. c. 16.  
 Trebates, pop. sunt Umbriaë in Italia. Plin. lib. 3. c. 14.  
 Trebonius, vir qui cū Bruto & Cæsio cōiurauit in Cæsarem in Asia fraude Dolabellæ interfectus.  
 Trebula, ciuit. est Campanorum mediterranea. Pto.  
 Trebulani, pop. sunt Italiaë a Trebula. Plin. lib. 13.  
 Treca, vrbs nobilis, & potens in Campania Galliana. Vulg. Troya en Campaña. (c. 10.)  
 Trecaßes, pop. sunt Galliaë Lugdunensis. Plin. lib. 4.  
 Trechus, vir Aetolus, bellator egregius. Hom. 5. Iliad.  
 Tremile, Lycia olim vocatur, incolæ Tremileis. Ste.  
 Tremithus, vicus in Cypro, incolæ Tremithasij. Steph.  
 Treres, populi sunt Macedoniaë finitimi. Plin. lib. 4. cap. 10.  
 Trens, fluu. Italiaë iuxta Fabrateriam fluens. Stra.  
 Trens, regiuncula Thraciaë. Steph.

- Trespilos, insula est in ora Ionie. Plin. lib. 5. ca. 35.  
 Treuri, pop. sunt Galliaë Belgicaë. Casari.  
 Treuricus, a, um. Auson. Treuriceque vrbi folium  
 Triacenses, pop. sunt Piceni in Italia. Plin. lib. 3.  
 Triachofachia, pars est Arabiaë ad Babylonem.  
 Triarus, magnus orator, cuius meminit Cice. de claris oratoribus.  
 Triualli, Epiri pop. Dardanis oppositi. Plin. lib. 4. c. 1.  
 Tribanta, ciuitas est in Phrygia magna. Ptol.  
 Tribones, siue Tribocci, populi sunt Galliaë Belgicaë. Vulg. Los de Alsacia.  
 Tribulium, opp. est Liburniaë. Plin. lib. 3. c. 22.  
 Tribuanus, quæstor Iustiniáni fuit, Christianæ religionis contemptor.  
 Trica, vel Tricca, opp. est Thessaliaë. Steph.  
 Trica, ciuitas fuit in Apulia Daunia, a Diomede euerfa. Plin. lib. 3. c. 10.  
 Tricalon, vrbs Siceorum, gentile Tricalinus. Steph.  
 Tricura, castellū Philasiaë, gẽtile Tricaræus. Steph.  
 Tricca, Se. in Troade. Parua Corcyraë steriliſque Tricæ.  
 Tricassij, pop. sunt Galliaë Lugdunensis. Ptol.  
 Tricastini, pop. sunt Galliaë Narbonensis. Plin. lib. 3. cap. 4.  
 Tricastinus, a, um. Sil. Iamque Tricastinis incidit finibus agmen.  
 Trichone, opp. est Phocidis. Plin. lib. 4. c. 2.  
 Tricolorum regio est in prouincia Narbonensi. Plin. lib. 3.  
 Tricomia, ciuitas est Phrygiaë magnaë. Ptol.  
 Tricogius, vir qui epotis tribus congijs spectate Tiberio príncipe nomen sibi vendicauit præclarū.  
 Tricornelij, pop. sunt Myfia superioris. Ptol.  
 Triconium, ciuitas est Myfia superioris. Ptol.  
 Tricorytus, ciuitas est in Attica regione. Strab. lib. 8.  
 Tridentum, opp. est Cenomanorum in Italia. Ptol. Vulg. Trento.  
 Tridentini, pop. sunt eius incolæ. Plin. lib. 3.  
 Triena, ciuitas est Cariaë regionis.  
 Trieris, opp. est Syriaë Phœnicis. Plin. lib. 5. c. 20.  
 Trierum, promont. est Syrtis parua. Ptol.  
 Trigarius, locus iuxta campum Martium. Plin. lib. 37. cap. 13.  
 Trigemina, porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horatij exierunt. Vulg. Porta di S. Paulo.  
 Trimanium, opp. est Myfia inferioris. Ptol.  
 Trimethus, ciuitas est in Cypro insula. Ptol.  
 Trimontium, opp. est Britanniaë insulaë. Ptol.  
 Trimontium, ciuitas Thraciaë, quæ Hadrianopolis, & Philippolis. Vulg. Adrianopoli.  
 Trinacria, insula prius dicta, quæ postea Rhodus. Plin. Vulg. Rodas.  
 Trinacia, insula eadem quæ Sicania siue Sicilia.  
 Trinacria, a tribus promotorijs dicta, Pachyno. Lilybaeo, & Peloro, vel a Trinacro Neptuni filio.  
 Trinacris, idis. Ouid. Trinacris est oculis te duce visa meis.  
 Trinacrius, a, um. Virgil. Præstat Trinacrii metas luſtrare Pachyni.  
 Trinassus, nauale est in Peloponneso. Ptol.  
 Trinemij, pop. sunt in Attica. Strab.  
 Trinemes, vicus in Cecropine tribu. Steph.

- Trinessa, locus Phrygiæ, gentile Trinessæus. Steph.  
 Trinium, flumen est Italiae prope Riferum. Plin. lib. 1. Vulg. Trenio.  
 Trinoantes, pop. sunt Britanniae insulae. Ptol.  
 Triochala, ciuitas est in Cilicia insula, de qua Sillius.  
 Triochalani, pop. sunt eiusdem Siciliae insulae.  
 Trioditis Hecate, quod in triuijs colatur. Steph.  
 Triopas, rex fuit Thessalorum.  
 Triopium, promontorium est. Diod. lib. 6.  
 Triozenus, Thrax fuit vnus ex his, qui venire in auxilium Troianorum Hom. lib. 2. Iliad.  
 Triphylia, regio est in Peloponneso. Strab. lib. 8.  
 Tripodes, & Tripodiscion, locus est in Attica. Strab. lib. 8.  
 Tripolis, tres sunt ciuitates in Syria Phœnices, Tyrus, Sidon, & Aradus. Strab.  
 Tripolis, tres sunt ciuitates Africae inter Syrtes, Abrotorum, Tophyla. Leptis magna. Pomp.  
 Tripolis, tres sunt item ciuitates in Caria.  
 Tripolifsi, vel Tripolifsiij, pop. Thesprotici. Steph.  
 Tripolitani, po. sunt conuentus Sardiæ. Plin. li. 5.  
 Tripolites, Græcis dicitur, quod Latinis Tripolitanus. Donat.  
 Tripontium, Vmbriae opp. sic dictum quod tres habeat pontes.  
 Tripolemus Cælij filius, inuentor aratri, & agriculturæ in Attica regione. Seru.  
 Triquetra, Sicilia insula dicitur, quod trianguli figuram habeat.  
 Triquetrus, a, ū. Sillius. Triquetris quæ miseratoris Trita, opp. est iuxta Appenium. Plin. lib. 3. c. 5.  
 Trifaton, flu. est Britanniae insulae. Ptol.  
 Trifela, opp. est Siciliae insulae.  
 Trifidis, opp. est Mauritaniae Tingitanæ. Ptol.  
 Trismegistrus, nepos fuit maioris Mercurij, quem Nili filium fabulantur fuisse.  
 Trismegistrus, dictus quasi ter maximus philosoph. & sacerdos.  
 Trisplæ, pop. Thraciæ. Steph.  
 Tristolus, ciu. est Siniticæ regionis Macedoniæ. Pto.  
 Tritan°, gladiator fuit prodigiosæ fortitudinis. Plin.  
 Tritæa, vrbs Achaiae, cuius Tritæus. Steph.  
 Trites, pop. fuerunt Achiuorum. Herod. lib. 1.  
 Tritium Metalum, ciuitas est Berorum in Hispania. Ptol. Vulg. Tafalla.  
 Tritum Tuboricum, ciuitas est Vardulorum in Hispania. Ptol. Vulg. Najara.  
 Triton, deus marinus, Neptuni & Salatiæ deæ marinae ab aqua salsa dictæ filius. Seru.  
 Triton, flu. & palus est inter duas Syrtes. Luc. Torpentem Tritonos adit illæsa paludem.  
 Triton, promont. est in Numidia.  
 Tritonis, idis. Luc. & se dilecta Tritonida dixit ab vnda.  
 Tritonia, dicta est Minerua, quæ primum ad lacum Tritonis visa est habitu virginali.  
 Tritonia, a Cretæ filio Tritonis dicta. Diod.  
 Tritonicus, a, um. Ouid. Qui Tritoniam nouies subiere paludem.  
 Tritoniace, vrbs Ponti eadem quæ supra Tomos appellata.  
 Tritæa, ciuitas est in Achaia, cuius meminit Strab.  
 Tritæenses, pop. sunt in eadem Achaia. Strab. li. 8.
- Triuia, dicta est Dianæ, quod Triuijs præesset. Virg.  
 Triuia Diana propter id, tres facies habere fingebatur.  
 Triulatri, pop. sunt Alpini. Plin. lib. 3. c. 20.  
 Triumphale, cognomento Ipasturgi, opp. est Bæticæ. Plin.  
 Triumphili, pop. sunt Euganeorum. Plin. lib. 3. c. 20.  
 Trizi, pop. iuxta Istrum Meridiem versus. Steph.  
 Triumphalis, porta Romæ, quod per eam triūphantres victores in urbem deducerentur.  
 Troas, ciuitas quæ prius Troia appellabatur. Hiero.  
 Troas, regio est Asiæ minoris Helle ponto adiacens.  
 Troas, quondam Acolis, & Myfia appellata fuit. Plin. lib. 5. cap. 30.  
 Troia, opp. est Troadis regionis, in qua Ilion.  
 Troemi, pop. sunt Galatiæ. Ptol.  
 Troctes, vir quidam è Phœnicia aptus ad decipiendum. Hom. lib. 14. Odyss.  
 Troezen, oppidum est Messeniæ mediterraneū iuxta Isthon. Ptol. Vulg. Predena.  
 Troezen, opp. Cariae conuentus Alabandici. Plin.  
 Troezen, multi soluta diphthongo proferunt Troezen.  
 Troezen, Græci per, oi, proferunt quam nos in. æ: vertimus.  
 Troezenia, regio in minori Asia, a qua Troezenij.  
 Troezenij, pop. fide societatis Atticæ illustres in ipso Chersoneso siti. Pompo.  
 Troezenius, a, um. Ouid. Hac Ixionides, illic Troezeus heros Perithoum, ac Thesea intelligens.  
 Trogiæ, insu. sunt in ora Ioniae. Plin. lib. 5. c. 31.  
 Trogilia, ora est in Ionia. Plin. lib. 5. c. 29.  
 Trogilos, vrbs in Sicilia, & regio Macedoniæ. Steph.  
 Troglodyæ, pop. sunt caernas incolentes.  
 Troglodytæ, a Troglo, quod foramen significat, appellati sunt.  
 Troglodytæ, pop. sunt Aethiopiae Aegypti.  
 Troglodytica, regio est in eadem Aethiopia. Ptol. Vulg. El Reyno de Melinda, en Etiopia.  
 Troglodytæ, sunt quos dicunt Magabares. Diod.  
 Troglodytæ, alteri pop. sunt Septentrionales.  
 Troia, regio est minoris Asiae, in qua fuit Ilion, ciu. regia Priami, a Troe rege.  
 Troia, a Troe rege dicta, sicut Teucra a Teucro.  
 Troia, vrbs quam Aeneas condidit. Virg. Troia cum conderet urbem.  
 Troia, & regio Priami, & lusus puerorum equestris dicitur ab Aenea constitutus. Fest.  
 Troia, lacus in agro Laurente, in quo primum Aeneas cum socijs constitit. (Steph.)  
 Troia, vicus in Attica, qui nunc Zipetu vocatur.  
 Troianus, a, um, a Troia. Ouid. Troianas vt opes.  
 Troicus, a, um. Ouid. Troica fata canunt, &c.  
 Troianus, a, um, trium syllabarum. Virg. Armaque fixit Troiana.  
 Troiugenus, a, um, a Troia genitus. Ennius, Troiugenas bello claros.  
 Troicus, mons, & Troites, flu. in Aegypto sunt. Steph.  
 Tros, qui ex Troia est. Virg. Tros ait, Aenea cæfas.  
 Troici, lapidis dorsum, mons est Aegypti. Ptol.  
 Troilius, filius fuit Priami & Hecubæ, ab Achille occisus, quo viuo Troia capi non poterat.  
 Troitum,

- Troium, siue Throium, oppi Phœnicorum sinitim Hteruseis.
- Troizenus, Thrax fuit vnus ex his, qui Troianis in auxilium venire. Hom.
- Trometina tribus, dicta est à campo Trometino. Fest.
- Trometina, tribus est à loco Celij. Fabio Pict.
- Trostium, opp. est Locrensum. Hom. 2. Iliad.
- Trophæa Augusti, locus est in Italia. Ptol. Vulgo Torbia, cerca del puerto de Manaco.
- Trophæa Drusi, locus est in Germania. Ptol.
- Trophea Pompeij, sunt in montibus Pyrenæis.
- Trophonius, vates summus in secâdis saxi artifex, aditum Delphicum ex. 5. lapidibus struxit. Stat.
- Tros, rex Troiæ fuit, Ganymedis pater, a quo Troia dicta.
- Trostulum, opp. est Tusciæ mediterraneum. Plin. li. 33. cap. 22.
- Trossidi, a Trossulo dicti sunt equites Romani. Cat. in orig.
- Trucones, insulæ sunt in mari Adriatico. Plin. lib. 3.
- Trudetinus, a, um, an Tridentinus, an Truentinus a Truento.
- Trudentinus, a, um. Sil. Quinque Trudentinas seruat, &c.
- Truentinates, pop. sunt in Samnitibus.
- Truentum, opp. est, & lumen in Piceno. Plin. Vulgo Tronto.
- Truentinorum forum, est in eadem regione.
- Trulla, portus est in Arabia felici. Ptol.
- Tryche, vrbs Eubææ, gentile Trychelis. Steph.
- Tryphiodorus, Aegyptius poeta scripsit Marathoniacæ, & poema de excidio Ilij. Suid.
- Tryphon, Alexandrinus Grammaticus Augusti tempore scripsit de copia orationis. Suid.
- Thryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ Hieronym.
- Tryxæ, opp. est in Thera insula Herod.
- T A N T E V.
- Tuati, vetus & noua oppida sunt Baticæ. Plin. li. 3.
- Tubanti, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
- Tubero, onis, flu. est apud Indos. Pomp. lib. 3. c. 7.
- Tubero, Romanus notissimus ex orat. Cic. pro Ligario.
- Tubusuptus, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. Pto.
- Tubustini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. Plin.
- Tucabatha, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
- Tucca, opp. est Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.
- Tucca, opp. est inter Trabacam, & Bragadam.
- Tucca, ciuitas est Mauritanæ Cæsariensis. Ptol.
- Tucca, L. Varus, & Ploci<sup>9</sup> viri doctissimi amici Virgilij, iussu Augusti. Virg. carmina emendarunt.
- Tucci, oppidum est Baticæ conuentus Astigitani. Plin. lib. 3. c. 1. Vulgo Tuclino. Alijs Martos.
- Tuccianus, a, um, res ad Tuccos pertinens.
- Tucris, ciuitas est Hispan. Ptol. Vulgo Tudela.
- Tucrumuda, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
- Tucubis, opp. est Africae propriæ. Ptol.
- Tude, eadem est quæ Tyde in Gallicia. Solin. Vulgo. Tuy.
- Tudernum, opp. est in Cæsariano itinere ab vrbe in Gallias. Vulgo. Muderno. (Florentia.
- Tudernis, vna est Tusciis, æque ac eiusdè nominis,
- Tudernis, etis, siue Tudertum, id est, opp. in ducatu Spoletano. Vulgo. Todi.
- Tuders. Sil. Haud parci Martem coluisse Tudertes.
- Tudertes, & Tudernoi, appellantur Tudertum habitantes.
- Tuditanus, viri proprium, quod caput simile malleo haberet.
- Tuerobius, flu. est Britannæ insulæ. Ptol.
- Tuesis, æstuarium est maris Britannici. Ptol.
- Tugini, pop. sunt Gallie in Heluetijs. Strab. lib. 4.
- Tuita, ciuitas est in Hispania. Ptol.
- Tuisti, pop. sunt Cantabriæ in Hispania.
- Tulcis, modicus amnis Hisp. Tarraconen. Pomp.
- Tulensij, pop. sunt Mauritanæ Cæsariensis. Ptol.
- Tulingi, pop. sunt (vt opinor) Gallie Belgicæ.
- Tuliphurdū. Germaniæ vrbs. Ptol. Vul. Gottinghæ.
- Tulifurgium, opp. est Germaniæ. Ptol. Vul. Brunsvique.
- Tullia, filia fuit Seruii sexti Romanorum regis.
- Tullianum, locus in carcere Romæ, plenus fœdis cadentibus. (fuerit. Tullianum, dictus quod a Tullo rege carceri adictū
- Tullica, ciuitas est Carthorum. in Hispania. Ptol.
- Tullius, nomē oratoris Latinorū omnium principis
- Tullum, ciu. est Lentorum. in Gallia Belgica. Ptol.
- Tullus Hostilis, tertius Romanorum Rex, Romulo bellicosior. Liu. lib. 1. Dec. 1.
- Tulonum, ciuitas est Vardulorum in Hispania. Pto.
- Tumarra, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. Ptol.
- Tamias, mons est in Tuscia. Cat. in fragm. orig.
- Tunetum, siue Tunitum, opp. est Numidiæ. Vulgo. Tunes.
- Tunetum, Scipionis tempore, tumulus erat editior, vnde Scipio spectabat Carthagenenses.
- Tunetari, a Tuneto dicti quos Sidonius Tunizos appellat.
- Tuntobriga, ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.
- Tuola, flu. est Corsicæ insulæ. Ptol.
- Tophium, ciuitas est Aegypti. Ptol.
- Turaphilum, opp. Mauritanæ Cæsariensis. Ptol.
- Turiarius, vicus Romæ est. Ausonio.
- Turbo, nomen proprium gladiatoris. Hom. lib. 2. Serm.
- Turbula, ciuitas est Bastinorum in Hispania. Ptol.
- Turcæ, pop. sunt Scythici iuxta Thyllagetas. Pôp.
- Turcis, orti iudicantur, qui ætate nostra latissimè imperitant.
- Turde, ciuitas est Vilumbrorum in Italia. Ptol.
- Turdetania, regio est in Batica. Strab. li. 3. Vulgo. El Reyno de Murcia, en Andaluzia.
- Turduli, veteris & noui, sunt in eadem Batica.
- Turgina, opp. est in Hispania.
- Turia, vel Thuria, flu. est Hispaniæ citerioris. Vul. Guadalquivir.
- Turia, in sinum Sucronensem influit.
- Turinus, a, um, a Turia. Ouid. Turionosque sinus.
- Turiasos, ciu. est Celtiberū in Hisp. Vul. Tarraconæ.
- Turiasonenses, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Plut.
- Turistace, ciui. est Turicæ Chersonnesi. Ptol.
- Turiga, opp. est Baticæ quod Vulturacum. Plin.
- Turini, pop. Italiæ, comites militiae Atheniensium.
- Turinos, in tertia Italiæ regione collocat Plin.

Turmantini, pop. sunt Hirpīnorum in Italia. Plin.  
 Turmodigi, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Plin. li. 3.  
 Turmogum, opp. est Hisp. Lusitaniæ. Ptol.  
 Turnus, nomen ducis, qui ab Aenea occisus est.  
 Vir. lib. 12.  
 Turobrica, ciui. est Bæticæ. Plin. lib. 3. c. 17.  
 Torocelo, quod Vetricolū, opp. in Vmbriā quod  
 interijt.  
 Turodori, pop. sunt Hisp. Tarraconensis. Ptol.  
 Turogij, pop. sunt Galliæ Narbonensis.  
 Turogij, inter Tricasios & Auernos sunt:  
 Turones, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. Plin. li. 4.  
 Turoni, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.  
 Turio Ambiuus, auctor comædiarum Terentij tē  
 poribus. (An.  
 Turrena, & Volturrena, incertæ originis sunt. Ioā.  
 Turreni, siue Tarrheni, pop. sunt Italiæ.  
 Tarrheni, quæ Tyrrhene, non a Tyrrhene Atys fi-  
 lio dicuntur, sed  
 Turreni, dicti sunt a Turribus. Myrsilio. c. 71  
 Turris Biffonis, ciuit. est Sardinia insulæ. Ptol.  
 Turris Stratonis, opp. est Palæstinæ. Plin. li. 5.  
 Turris Syllana, opp. Hisp. Vulg. Tordefillas.  
 Turrus, flu. est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3.  
 Tutsena, op. est in Aureliano itinere vrbe in Gallias.  
 Turulis, flu. est Hisp. Tarraconensis. Ptol.  
 Turnutus, flu. est Sarmatia in Europa. Ptol.  
